



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

VI. Quatenus per scholas alias, & religiones cæterosque Doctores liceant,
prædeterminatiuæ præfinitiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

Professoribus audiuisse. An illæ omnes Dominicanis tantum Professoribus Theologis, vel Thomistis vtebantur? certe neque Salmanticæ, (ubi plurimum potentia obtinebant) soli Theologiam docebant. Nam Compluti prævalebant, ut diximus ea tempestate Nominales; nec quisquam ibi Dominicus bonæ notæ, imo norus Magister, præter Mancium memoratur, qui inde Salmanticam etiam fuit evocatus. Et Salmaticæ quidem insignis vespertinae Cathedræ Professor, & Theologiæ Decanus Magister Augustinianus Ioannes de Guevara prælegebat quo Magistro relati eiusdem sodali Proceres gloriabantur. Vix ergo Compluti scholares nostri (ubi tunc nondum fundato Salmanticensi Collegio omnes, & postea nondum satis confirmato, & aucto aliquando Mancium, sunt nati, ut ab eis præfinitionibus, & prædeterminationibus, imbuerentur. Sed & Salmanticæ, etsi Dominicanos Professores audirent, celeberrimum Ioannem de Guevara non omitebant, accerrimum Thomisticarum præfinitionum, & prædeterminationum impugnatores, qui Alphonsus de Mendoza quæstionum 7. scholasticarum contra illas quodlibeticis inferendarum extitit author. Hic ergo & ingenij acumine, & S. Th. eruditione, & quæ erat autoritate maxima, satis apud iuvenes nostros uti apud suos destrueret, quod Professores Dominicanos edificare tentarent, sed esto solos Dominicanos utrobique scholares nostros audirent, qui eas præfinitiones, & prædeterminationes avertabatur Salmanticæ Victoriam forte, utrumque Sorum, & Mancium, qui eadem in Magistro Bannez. reprehendebant. Causas (quod sciam) non docuit necipile, nec Bannez à nostris scholasticis audiretur; nisi forte quis credat eos deteriorum, & probiorum in societatem coniciendorum, quam Theologiæ, esse discipulos voluisse. Sed demus gratis iuvenes aliquot ex nostris aduersariorum doctrina (qua velut arte) imbutos fuisse an illi rei nostræ litterariæ maiores habendi sunt, cum iuvenes audirent? an, cum iam Magistri, de suo postea legerunt? Postremum quidem, nil ergo ex eo, duriorem etiam Thomistarum illorum Magisterio euincitur, ut Maiores nostros eiusmodi doctrinam docuisse, atque posteri ab ea recedentes dicantur maiorum vestigia non sequi: cum inter illorum discipulatum, & Magisterium tantum studiorum, & auctoritatem intercesserit, ut possent à suorum Magistorum sententia ad veriorum, aliud præcipue S. Thom. lectione qui adeo clare vbiuis loquitur, respicere.

14. Et sane ita euenisse (si forte decepti iuvenes fuerint) & constat ex dictis, & ex diuturno tempore, quo primi nostri Professores Theologi docuerunt. Nam Doctor Andreas Martinez Vallisoleti triginta fere totos annos Theologiam docuit, sicuti & Michael Marcos Salmanticæ, & totidem fere Alphonsus Deza Compluti: quo tempore iam Dominicanorum, & Iesuitarum scholæ his de rebus certabant: Iesuitis cunctis (quod secus Dominicanis, ut vidimus cert. 2. euenit) sua caltra tenentibus, omniumque nomine singulis vbiq. certantibus: quare certum est satis primos illos Dominicanorum discipulos, ut eam didicissent tunc doctrinam, tandem Magistros dedidicisse. Hoc ita minutim argumentum difficere placuit: cum iam abunde à Paulo Leonardo dissectum esset part. 2. responsion. sect. 15. num. 76. discursu sequentis. Etenim Nauaretus controuers. 1. Pincie edidit anno 1665. qui ab exordio societatis quintus supra sexagesimum erat vita iam Molina, Fonseca, Valquez, & Valentia ultra sexagenarios functis, præter Valquez, qui quinquagesimo quinto ætatis suæ anno decessit anno Theologiæ professionis publicæ trigesimo: reliqui vero ultra quadragesimum prælegerant. Soarez verò adhuc superstes quadragesimum circiter annum publice iam docuerat. Assignet nobis Nauaretus antiquiores alios societatis, tunc recens formata, Magistros nostros, à quibus hi in ea doctrina recesserint, ut maiorum vestigia suorum illos non sequi probet. Nam coartatos poterit fortassis plures Maldonarum, Tolerum, Bellarminum Marianam, & alios: qui tamen in eadem fuerunt doctrina, etsi maiores fuissent. Sed forte Salmeronem, & primos illos Patriarchæ socios appellet Lainium Fabrum, &c. Sed hos omnes in eadem fuisse sententia constat ex historia Tridentini Concilij, cui fere omnes à Sancta Se-

de, & Catholicis Principibus Theologorum nomine adstricere, ac præfinitionibus, & prædeterminationibus, non Lutheranorum modo, & Caluinitarum, sed & (si quo nobis occulto, nec dum ab ipsis propalato, differtur, mysterio) Dominicanorum recentium acutis, & accuratis disputationibus coram reliquis Concilij Patribus restiterunt: non modicas illis superperas ferente contra Dominicanum Catanzum Dominico Soro iuxta memoratam supra Petri Suauis, Iesuitis infelli, historiam. Constat etiam ex eruditissimis Salmeronis commentariis, quæ suis cum Iacobi Lainij Lucubrationibus collatis vtriusque iudicio, & sententia edita sunt. Maioribus etiam nostris Theologis adnumerandus est Petrus Ribadeneyra eo anno, quo confirmata societas fuit nostris adscriptus: vir in Theologia insignis, ut eius varia, etiam historica, opera testantur; etsi mira eius eruditio, & styli suauitas, plurimum historicis commentariis. Sed & hic libello contra præfinitiones, & prædeterminationes Thomisticas recentes Romanæ à nostra provincia Toletana misso subscripsit. Constat ergo in præfinitione societatis nostræ doctores siue primos, siue medios siue postremos omnino, verissimæ, & S. Thomæ germanissimæ doctrinæ consensisse: contra vero Dominicanos oppositis defensoribus, & à maioribus suis, & à coartaneis, & à se etiam ipsis vicissim antea, & Sancti Doctoris interpretatione discessisse: ut postremo hoc veri S. Thomæ discipularis, & argumenti concordia, & signo, non minus, quam reliquis antea expensis, nostra Iesuitica schola vere Thomistica, aduersantium vero, etsi eo nomine censeri velit, anti-Thomistica demonstratur.



QVÆSTIO VI.

Quatenus per scholas alias, & Religiones, ceterosque Doctores liceant prædeterminatiua præfinitiones.

ET si plures gregatim scholasticos eis præfinitionibus prædeterminatiua aduersos reuoluerimus, dum pro nobis Academias omnes quæ 4. recensuimus & quæ 3. dum Senonense decretum Parisiense examine, & suffragis editum expendimus: ac de S. Thomæ eiusque singularium discipulorum, & schola plus satis quæst. proxima dixerimus: reliquos ramen iam scholasticos pro nobis recensendi locus est opportunus, ut nouitatis, & singularitatis ab aduersariis tentatam sententiam nostram plenius in ipsos conuerteremus. Doctores igitur reliquos omnes quæ hac ita percurramus, ut pro sua quisque antiquitate præcedat: etsi et eis plures, qui ad varias, vel scholas, vel Religiones pertinent non pro sua, sed pro earum antiquitate numerandi hic sunt.

CERTAMEN I.

Franciscana familia sua Scotica schola contra prædeterminatiuas præfinitiones pugnat acerrime.

1. **C**oartanea Dominicanæ Franciscana Religio, ac Thomistica scholæ proximo tempore succedentes, & aduersæ illi oriundæ Scotica, & Nominalis hunc iure suo sibi vendicant locum. De quibus prædeterminationes physicas, ac subinde prædeterminationes actionum constant, & varias suorum actuum controuersiam est; etsi tamen nimirum abicere extra controuersiam est; etsi tamen Scotistarum nonnulli præfinitiones actionum admittere siue conditionare, siue absolute futurarum admittant.

tant; has tamen, non nisi per scientiam mediam regulatas (vii ex nostris plures) admittunt, & neutras ad veritatem status tam absoluti, quam conditionati consistentiam (vii volunt, cum quibus disputamus) requirunt, sed tanquam diuine de illis æternæ, & infallibilis cognitionis determinatium, ac necessarium verificatum, certum, & indefectibile: de quo alia est controuersia contra virosque, & nostros aliquos Recentiores à nobis discussa d. 7. de sciens q. 2. Caterum ad præsentem, quod attinet, difficultatem adeo apertus, & constans Scotus pro nobis est, vt minum sit aliquos etiam ex nostra schola ipsum pro opposita referre sententia. Scotus ergo in 4. d. 49. q. 6. dub. 1. sic habet. *Nunquam causam secundam præsentem à causa superiore agente ad vnum oppositum posse potentia propinqua exire in aliud oppositum.* Ergo præinitio causæ superioris primæ nostram ad vnum præueniens voluntatem, & si potentiam radicalem eius, seu remotam ad oppositum relinquat extremum; propinquam, & proximam potentiam ad illud in voluntate non relinquunt, quod ipsum est libertatem proximam, quæ in proxima ad vtrumvis potentia sita est, non relinquere voluntati. Et in quodlibet. q. 6. Si esset necessitas præuina ad voluntatem, & voluntas intelligitur cadere sub necessitate, tanquam impellente in actum, & figere in actum, voluntas ageretur, & non ageret: nec stare in actu libertatis. Alit præinitio, & prædeterminationis necessitas, & præuina ad voluntatem est, illaque impellitur, & figitur in actu voluntatis: ergo nec eius, nec actus libertas cum præinitio, & prædeterminatione stare per Scotum, Valentiam, Rursum ibidem. *Cum necessitatem compatitur, tunc necessitas cadit sub voluntatem, sic, quod voluntas propter firmitatem libertatis suis sibi necessitatem imponit, vt in eliciendo actum, & in perseverando, siue figendo se in illum: qui necessitas præinitio, & prædeterminationis non cadit sub voluntatem eo modo hic ab Scoto explicato: ergo in eius sententia voluntatis libertas earum necessitatem non compatitur.*

Et hæc quidem ad rem præsentem satis ex Scoto clarescit nec obscuriora quæ sequuntur. Ille siquidem in 2. d. 37. q. vii. §. Ad solutionem istorum ait in potestate voluntatis creatæ esse recte agere: ita, quod nulla intelligatur subiacere causa prior, propter cuius defectum non possit voluntas recte agere. Si igitur Deus esset prima causa non agens, reititudinem, actus non rectus non esset peccatum. Quibus docet posito, quod opus ad recte agendum ex parte Dei est, vt voluntas peccet, posse illam nihilominus recte agere, & cum peccare non peccat, ac proinde determinationem ad alterum. Ex parte Dei non apponi voluntati nostræ, sed eius potestati per Dei auxilium, & concursum ex parte eius oblatum completæ, & absolute tali relinquunt. Et sub eius §. init. dixit: *Deus quantum est ex parte sui daret reititudinem voluntati, si voluntas ex parte sui recte ageret quicunque actum elicitum.* Et inferiuscule. *Causa superior, quantum est de se, causaretur si causa inferior secundum suam causalitatem causaret.* Et ideo reititudinem non causari esse propter hoc, quia causa secunda, quantum ad se pertinet, non causat. Quibus ex parte Dei appositum totum fatetur, quod ad actum rectum requiritur: & tamen, quia ex parte liberæ voluntatis non etiam apponitur requisitum, actum rectum non haberi: quia scilicet Deus illum non absolute efficaciter decernit, sed sub ea conditione si ex parte sui voluntas velit: quod totum ipsi sententia nostra doctrina est: & d. 25. q. vii. vt Gottfredum asserentem voluntatem nostram determinari à Phantasia; Henricum vero aientem determinari ab obiecto cognito impugnet, statuit eam esse vim actuum voluntatis ad vtrumvis, vt à nullo determinata se ipsam determinet, quod, nisi eius à Deo determinationem excludat, nec generaliter, & absolute diceretur, neque assumi ab Scoto poterat vt principium, ex quo contra præfatos concluderetur, sed assumeret pro antecedenti conclusionis impugnandæ contradictoriam, quod bardi quidem esset, non subtilis anthonomastice Doctoris. Secundo, quia §. ad 1. & ad 2. principale sine questionis respondet: mouens, & motum posse, imo esse recte ipsi idem in voluntate, solaque ratione distinguuntur: quod falsum esset, si Deus esset mouens, & determinans, & voluntas solum mota: cum Deus, & voluntas non sola ratione, sed re ipsa in se differant: quæ his consonant, quæ dixerat in 1. d. 8. q. vii. circa finem §. *Ad argumenta post med. si quæretur: quare voluntas diuina magis determinatur ad vnum*

contradictorium, quam ad alterum? Respondetur: indistinctum est quærere omnium causas, & demonstrationem secundum Philosophum 4. Metaph. text. 9. Principij enim demonstrationis non est demonstratio. Immediatum autem principium est voluntatem velle hoc: itaque non est aliqua causa media inter ista: & ideo huius, quare voluntas voluit hoc, nulla est causa, nisi quia voluntas: sicut huius, quare calor est calefactiuit, nulla est causa, nisi quia calor. Sed hic est naturalitas, ibi autem est libertas.

Rursum in 1. d. 1. q. 4. fute probat in potestate voluntatis esse determinare se ipsam, & reliquias potentias ad agendum, maxime ad suos actus, non solum intentionis finis, & electionis mediocum, sed omnes vniuersum, etiam fructuonem vltimi finis, vt constat clarius versus finem questionis, §. *Ad argumenta pro opinione.* Et §. *Ad tertium.* quin vique adeo suæ potestatis esse voluntatem asserit §. *Negatiua istius articuli tertij,* absque vlla ad suos actus, etiam fructuonem Dei in patria, necessitate; vt neque visione beata necessitari illam ad Deum amandum, sed posse visione posita eum non à mare, ac non frui, atque horum actuum omissionem cum illa coniungere doceat. Sed certe in 4. d. 49. q. 6. dub. 1. post §. *Dico ergo similem libertatem in Beatis alleruit,* ac subinde libertatem etiam ad peccandum; argumentis in oppositum respondens ostendit delibere absolute tali, seu potentia proxima & expedita eorum ad non amandum Deum, & peccandum se non loqui: sed solum de radicali & remota, & secundum quid solummodo. Eius verba, quæ aperte etiam contra præinitio, & prædeterminationes hæc pro nobis sunt, ita habent: *Respondetur. Potentia operatiua non concludit habentem posse operari, nisi intelligendo secundum quid: scilicet ex parte sui: sed posse simpliciter, requirit, quod ex parte omnium aliorum concurrentium sit possibilitas: vt scilicet requisita possint concurrere, & impedimenta cessare.* Sed vltra istam possibilitatem, potentia vel magis possibilitas propinqua requirit, quod convenientia adsint, & impedimento cessent. Inferiuscule. *Operatiuum non est in potentia propinqua ad operandum, nisi quando nihil extrinsecum deficit vt operetur.* Si ergo requisita essentialia ad actum liberum voluntatis sunt præinitio, & præmotio, quæ ad vtrumque extremum oppositum pro instanti eodem esse simul nequeunt, inferitur non posse esse potentiam propinquam voluntatis ad extremum oppositum præinitio in sententia Scoti; quia ad oppositum contrarie deficit præinitio, & præmotio essentialiter, iuxta aduersarios, requisita ex parte principij ad illud: ad oppositum vero contradictorie actui præinitio adest, impedimentum essentialiter. Vnde recte inferit Scotus loco recitato ex eodem dubio voluntatem creatam à Deo præuentam ad vnum determinatæ ex oppositis non posse potentia propinqua, & absolute tali in eius phasi in eius oppositum prodire; ac subinde ex Dei præinitio, & præmotione ad vnum, eius absolutam ad vtrumque potestatem quare, & libertatem absolutam aboleri. Vltimo loco recitandus est Scotus ex 2. sentent. q. 1. art. 4. sic fatus. *Deus dicitur aliquid velle dupliciter. Vno modo absolute, alia modo ex conditione, vel ex quadam conuentione cum creatura rationali. Primo modo concurret ad agendum cum omni natura agente naturaliter voluntarie (scilicet voluntarie sumpto ex parte Dei) illo etiam modo facit, quid quid facit præcise per se ipsum: Et ideo omne tale est ab eo absolute volitum, & ex electione. Secundo modo concurret Deus voluntarie ad cogendum cum natura rationali libera, cui tales leges statuit: Quod quidquid ipsa velit, placeat sibi cogere ad illam volitionem; licet non simpliciter placeret sibi agere, sicut per illam volitionem denotatur. Itaque quod, si fortis vult peccare, placeat Deo cogere secum in hac volitione, & non impedire eum, vel si impediret eum, hæc facit per legem communem. Quod repetit in determinationibus q. 1. art. 1. & 2. quibus nil clarius contra præinitio, & absolutas, actionum nostrarum, & concursum præuium, & prædeterminantem nos ad illas dici potuit.*

Et hæc sane explorata rotas, & constans contra præinitio, & prædeterminationes actuum liberorum Scoti mens satis euincit subtilem, constantiaque, & consequentia laude Doctorem præstantissimum, nihil suæ huic doctrinæ aduersum docuisse; & si alicubi verba eius oppositum sonent: quæ obinde hic erunt explicanda, ne laudi derogent suæ. Primum opponitur ex 1. sent. d. 39. a §. *Vt de continencia,* docet omnia cognosci à Deo in determinatione

huc voluntatis, nec aliter certo, & determinate cognosci potuisse. Et d. 41. §. Sed contra istud arguitur, ait, Deus non praevidet istum bene usum libero arbitrio, nisi quia vult, vel praordinat istum bene usum eo; quia, sicut dictum est d. 39. certa praescriptio futurorum est ex determinatione voluntatis divinae. consonat d. 47. hinc, & quod lib. 14. post med. agens de secundo principali, & quod lib. 16. probat late eandem actionem simul necessariam, & liberam esse posse. Et in 1. d. q. 1. & 2. §. ostensio esse à vultu item 3. & d. 8. q. ult. d. 39. §. Tertia positi, & §. vlt. de contingentia citato docet, si Deus concursu quo de facto ex necessitate naturae nobiscum ageret, nullam fore nostrorum contingentium libertatem: quia causa mouens in quantum mota si necessario mouetur necessario mouetur: mouet autem omnis causa secunda in quantum mota à prima: verum Lycherus in 1. d. 37. Mayronis in 2. d. 43. q. 4. Scorum interpretatur determinationem non antecedenti, sed comitanti concursu diuini ex suppositione quod nostra se voluntas determinet. Eadem quippe d. 39. §. quantum ad primum probat libertatem consistere nostram, in potestate ad opposita excludente omnem necessitatem, quae ex suppositione ipsius actus voluntatis certitudinem cum potestate ad oppositum conciliat, quia praesentia comitatur quaecumque existentiam rei contingentis: perinde, ac si se sedente opinaret se sedere, & se surgente opinaret se surgere. Et eodem pacto nostram libertatem, se ad hanc distinctionem referens, cum diuinae voluntatis, & praedestinationis certitudine conciliat d. 40. q. vn. corp. ait. Iste, qui est praedestinatus potest damnari: Non enim propter eius praedestinationem est voluntas eius confirmata: & ideo potest peccare: & paritate in peccato stare finaliter: & hinc, sicut voluntas creata potest mereri damnationem, ita etiam potest concomitari sequi, quod voluntas diuina non praedeterminauerit ipsum hominem ad gloriam. Et hinc facilius est quam aliqui (in quibus nosse Ruiz de Montoya d. 49. sect. 7. n. 12. verbi. Dico tertio) existimant cum hac doctrina Scoti conciliare opposita, & similia plura testimonia. Nam illud quod Deus nequeat videre contingentia futura certissimum est omnium sententia: cum, nisi ea futura determinate non sint, nequeant determinate cognosci: ac insuper Dei voluntatem, & praedestinationem, tanquam sui causam necessariam, & essentialiam, non autem necessitantem & praedeterminantem, requirant. Ex quo euidenter inferitur in Dei voluntate, & praedestinatione (non tamen praefinita, & praedeterminante, tanquam ex medio materiali, determinate cognosci: & specialem qualitatem praemouentem, seu physice praedeterminantem, quare & ipsi respondens decretum reiecit in 4. d. 1. q. 1. ad vlt. argum. verbi. Causam etiam secundam: his verbis: Ex hoc patet, quod causa proxima in causam secundam proprie dicatur, quando simul agunt non est influentia noua. qua sit creatio alicuius rei inhaerentis causae secundae: sed influentia ibi est determinatus ordo istarum causarum in agendo effectum communem. Eoque causas secundas ab instrumentis differre ait: quod haec, non nisi per aliquid à causa principali receptum, operantur. Et quamuis aliud agens dicitur 49. q. 6. §. Dico ergo. Multum eidem sententiae fauet.

5. Insignis Scotista Bassolis, & si in 1. d. 10. q. vn. art. 3. necessitatem cum libertate euentus absolute non pugnat docet; ac explicat statim non loqui se de necessitate principij actui seu per modum naturae, sed de necessitate principij agentis voluntarie, & liberè & quae non excludat potestatem non agendi, seu agendi oppositum, necessariam ad meritum, ac demeritum, sed quae satis, vt summum sit, ad rationem voluntarij (quod liberum quandoque & ab ipso, & ab Scoto, & aliis similiter loquentibus appellatur) vt docet sub quaestione hanc. Similiter videtur admisisse nostrarum actionum praedeterminationem per Dei voluntatem, cum qua componi earum omissionem queat in 1. d. 38. art. 2. Sed nihil tamen minus docet cum ibi §. Ad primum eorum dicat. [Nec voluntas diuina immutat aliquid circa modum agendi, vel cessandi contingentem & liberè sic enim contingens in se contingens est; sic à Deo contingenter voluit, & in sua contingentia relictum non plus est necessarium, quàm si non esset diuina voluntas: adhuc altera pars, non autem utraque con-

ueniret, & tamen non necessario sic nec modo; & ideo peccat; quantumcumque Deus determinet se non influentem ad talem actum, cuius scilicet omissione peccat nec renetur in illum influere, & ideo non peccat, Deus.] Eodem sensu intelligendus est d. 39. art. 2. verbi. Dico igitur. & d. 40. art. 3. vbi etiam praehabitiones contingentium videtur sonare: sed accipe eum hac d. art. 2. sic fatum. [Diuina scientia de parte negativa alicuius contingentis (vt, quod fortes non currer) non imponit illi pari necessitatem. Nam diuina scientia, & voluntate circumscripta, adhuc illa pars eueniret, & non necessario, sed contingentem, ergo similiter non imponit necessitatem parti affirmatiuae, si nouerit eam: vt quod fortes currer. Cum enim diuina scientia non immutet naturam, & modum obiecti: illud, quod est contingens per se formaliter, semper est contingens quantumcumque à Deo scitum, vel volitum: [Quia scilicet eius necessitas, non alia est, quam ex ipsius contingentis obiecti, vel voliti, vel sciti suppositione. Sicut necessarium à nobis contingenter scitum, & volitum, non propter hoc est minus necessarium: sed semper manet necessarium, & nullo modo contingens est. Hec ex locis, quibus aduersum aliquid sonat Bassolis. Nam in 1. d. 45. q. 1. art. 3. sub finem expressè voluntatis nostrae potestatem, & indifferentem ad utrumvis & actus contingentiam defendit, & expressius adhuc in 2. d. 24. & 25. Sape: praesertim d. 25. q. 2. art. 3. §. Ex quo concludo contra. 2. dictum asserens voluntatem esse causam aequiuocam virtute continentem determinationem ad aequè, vel maius, vel minus bonum, quoniam eius indifferens potestas alterius determinationem expectet, vt determinetur.

6. Franciscus Mayronis, & ipse i Hultis Scotista, & si in 1. d. 38. qu. 1. art. 4. conclus. 5. docet contingentia per diuinam voluntatem determinari; ait tamen q. 3. & d. 40. d. 40. q. 2. & praedestinationem adhuc contingentem esse dependenter ab effectus contingentis libera omissione. Quo etiam modo loquuntur Magister, & alij veteres: quod, & si nosse Ruiz d. 33. de scient. sect. 9. d. 49. sect. 7. & d. 45. sect. 4. n. 27. ita illis tribuat, ac si docuerint, diuinam praedestinationem semel iam à Deo conceptam contingentem esse, atque absolute posse deficere; tamen cum eam solum contingentiam diuinæ praedestinationi deferant, qua dependentia à libero vultu voluntatis nostrae sit, ipsumque ideo non impediat: facis id est, vt pro priori naturae ad sui conceptionem à Deo ab eo vultu nostrae libertatis pendeat, vt nisi hic futurus esset, nec praedestinatio conciperetur à Deo, ac proinde in Deo non fuisset; neque adeo absurda, & implicita sententia doctis viris inquam tribuenda est. Ceterum, est ita Mayron intelligatur, constat eum necessitatem, & determinationem absolutam antecedentem nostrarum actionum ex diuina voluntate adeo exolum fuisse, vt in eam absurdum, & implicatioriam dependentiam eius ab illarum contingentia & libertate incidere. Erat siquidem illi aliter reposita libertatis arbitrij ad utrumvis soluta, & absoluta potestas eius libertati essentialis, vt constat 1. sentent. d. 10. q. 1. dif. 2. vbi inter liberum pro spontaneo, & arbitrij libertatem distinguens ait. [Sed liberum arbitrium est praecise circa illa, circa quae voluntas potest aliter se habere.] Scilicet circa contingentia, subinfinita, [Habere se ad opposita est conditio liberi arbitrij, vt addit supra libertatem] id est, spontaneitatem, & in 2. d. 27. à med. opposit sibi. [Aut diuina voluntate concurrente voluntas.] [Creatura] [non potest non causare; & tunc necessario causabit non liberè: si potest non causare: ergo Deus vult aliquid, quod non impletur: [Respondet vero. [Assistit voluntate diuina potest non velle: quia Deus assistit in ratione causae vniuersalis: & ideo si vis agere agit. Nempe Deus agit, si tu vis vt agat.] Ibidem ex instructo defendis indifferentem ad contraria, & contradictoria libertatis potestatem, Dei etiam voluntate, vt causa vniuersali adstante.

7. Eadem est Guillelmi de Rubione sententia in 1. d. 38. q. 1. tota maxime art. 1. concl. 4. p. 3. dum Deo praedeterminationem cum necessitate actuum voluntatis concedit; cum statim asserat per omissionem liberam nocere, quae nostrae absolute potestatis est, fieri absolute posse, vt nec seiat, nec velit Deus: quod modo proxime dicto intelligendum est, & d. 47. qu. 1. circa finem docet electos

electos posse agere contra id, quod voluntate con-
sequenti per suam prædeterminationem fieri ab eis Deus vo-
luit: quare nec prædeterminati necessarii ad non peccan-
dum, ac merendum, & d. 10. q. 2. post med. §. *Ad hoc
respondetur*. Statuit libertatem contingentem stare in eo
(sicuti & Scotistæ reliqui recitandi cum aliis quæst. 7.
cert. 1.) ut positus omnibus requisitis ad actus productio-
nem non fieri absolute possit. Et in 2. d. 24. q. 1. & 2. ne-
cessitatem agendi à libertate excludit. Et consequenter
d. 25. q. 1. art. 2. post med. ait: [In Beatis est vius liberi
arbitrii, non respectu actus beatifici, qui non est in po-
testate ipsorum, sed respectu omnium in eorum pote-
state existentium: ut videlicet possint ab eis in esse po-
ni, vel non poni. Consimiliter est dicendum de damna-
tis. Non enim respectu actus; ad quem sequitur tristitia
punitiva videtur habere aliquam libertatem: quia nec
poteftatem, seu actiuitatem; sed respectu omnium in
eorum potestate existentium aliorum.] Eidem, quæ pu-
tatur absurda, sententia de dependentia iam habita à
Deo voluntatis, & prædeterminationis à nostro vñ libero
voluntatis, ut libertatem eius defendat, videtur adherere
in d. 39. art. 1. & d. 40. art. 2. atque ideo non obitante
prædeterminationi, & prædeterminatione in potestate causæ liberæ
esse producere, vel non producere actum, & posse il-
lum persequere finaliter in gratia, vel illum per finale
peccatum amittere. Et in 2. d. 33. circa med. docet ex
Scoto ita à Deo præparari voluntati nostræ concursum,
ut in eius potestate sit illo vñ ad bonum, vel malum,
vel non vñ: quod fieri nusquam potest, si prædetermi-
natio prædeterminatione decernatur. Nicolaus de Orbellis
in 1. d. 39. art. 2. d. 40. art. 2. eodem excessu cum
prædeterminatione, & prædeterminatione potestatem absolutam
peccandi, & amittendi gratiam finaliter componit, ac
defendit. Plures Scotistas dabimus q. 7. cert. 1. ubi causæ
liberæ definitionem antiquissimam, atque apud omnes
Philosophos, Patres, & Theologos contra nonnullos
nouiores statuimus.

8. Sed ad Scotistas recentiores veniamus: in quibus
nonnulla est circa prædeterminationem actionum liberarum di-
uersitas. Etsi in eo, ut diximus, conueniant: quod præde-
terminatio, siue physicam prædeterminationem indu-
centes ad actum prædeterminationem, ut recentiores Dominici vo-
lunt afferentes prædeterminationem minime sint. Sed tamen eas
suis prædeterminationibus connexas essentialiter, & antecedenter
ad vñ libertatis cum actibus prædeterminationis videntur
Scotistæ aliquos asserere. Ceterum in Scoti doctrina pe-
nitentes eas, tanquam Scoti inuisas, auerfantur Camera-
rius totis viribus libris de libero arbitrio. Sat erit videre
cum lib. 1. cap. 7. circa fin. de Augustino cap. 21. de grat.
et libero arbitrio loquentem, & lib. 3. cap. 8. sub finem.
Petrus Trigolo t. 1. in 1. p. 5. Bonauent. quæst. 15. art. 2.
dub. 3. concl. 1. Gibyeuf, & Camerar. & si verbis ali-
quando à scientia media abscedere videantur, re tamen
prædeterminationes prædeterminatiuas abiciunt. Fr. Angelus
à Monte Philos. 1. p. commentar. in Scot. t. 2. d. 47.
art. 5. & 7. Ildephon. Brizerius, seu Brizchius potius in
1. sentent. Scoti contr. 11. d. 2. art. 2. num. 11. 14. & 20.
Philippus Faber fauente, in 1. d. 39. q. vn. d. 54. cap. 4.
num. 37. cap. 5. num. 47. & 49. Hugo Caucellus, Episcop.
Ammachanus Ibernæ Patriæ suæ Primas, multa Scoti
(quem perpetuo illustrauit commentario) eruditione,
& conseruata. In primis in supplemento Scoti quæstio-
nem de anima, d. 3. sect. 14. num. 6. citans Scotum ex 4.
sectent. d. 1. q. 1. ad vñ. d. 12. q. 3. §. *Hic est* num. 5. d. 43.
q. 3. §. *Tertia opinio* num. 9. d. 49. q. 6. §. *Dico ergo*. Item
in 1. d. 39. quæst. 5. in Scholio num. 22. §. *Quantum ad
secundum* d. 40. in Scholio ante §. *Ad ultimam quæst.*
dicit. Et in 2. d. 37. num. 13. §. *Quod si dicatur*. Et in
Scholio versu *Adde secundum Scotum*. Ex Scoto 2.
in Scholio ante §. *Dico igitur*. Vbi eiusmodi prædetermi-
nationem communiter, nec solum à veris Scotistis negari
affert. Iuluper in reportatis in 1. d. 38. n. 6. in Scholio
§. *Dico igitur*. Et in tractatu Scoti de primo principio
t. 1. concl. 5. Et in conciliationibus locorum quodlibet
alium conciliat, §. cuius præcipui discipuli & interpre-
tes Scoti verba collecta inuenies apud Paulum Leonar-
dum p. 2. responson. ad expostulationes contra scien-

tiam mediam sect. 4. n. 20. à med. Insuper idem Hugo
Caucellus in 1. d. 37. quæst. 2. scholast. ante §. *Ad solu-
tionem*, referens ex antiquis præter recitatos Scotistas
Elicetum, Tartaretum, Joannem Maiorem. Et ex recentioribus
Angles, Herreram, & Vegam passim in Tridentinum.
Nam lib. 2. ac. 12. *Libertatem* nostram omni ne-
cessitate solutam esse debere probat. Et quæst. 11. de
iustificatione ad 3. docet Dei concursum nobis oblatum in-
differentem applicare, ac determinare nostræ potestatis
esse. Etsi Deo prius principalis, ac potius influente in
nostram operationem egemus. Quod repetit 6. in Tri-
dent. c. 2. c. 7. post med. cap. 8. post med. & sub fin. c. 9.
init. Quibus locis gratiæ auxilium, & efficaciam nostræ
etiam potestati subiacere per consensum, aut resisten-
tiam docet. Sicuti & lib. 13. cap. 13. sub init. Cordubam
item 1. quæstion. q. 55. dub. 8. prope vñ. opinionem
Gabrielis, & dub. 9. sub init. & fere toto dubio 10. maxi-
mè sub fine, Michaëlem Medinam de recta in Deum
fide cap. 1. inter principium, & medium. Cordubam vñ
proximè, & quæst. 23. dub. 8. & lib. 2. de ignorant.
q. 10. 11. & 18. Alphons. de Castro hæresi 1. col. 2. §. 10.
& 11. Gasparem Leonbach Herbipolensem Doctorem.
Anton. Delphinum lib. 5. de iustificatione. §. *de multiplici
gratia Dei* pag. 205. & sub tit. *de ordine iustificationis*
§. 2. pag. 207. & lib. 1. *de salutis progressu* 14. & 2. de
prædest. responson. ad 2. dub. p. 77. & ad 3. dub. pag. 85.
& de libero arbitrio inter princip. lib. 4. sub tom. *Quo
pactis sit liberum arbitrium in hominibus* pag. 147. fult
autem sui ordinis General. & ex Patribus Tridentinis.
Herreram in 2. sentent. t. 1. d. 15. q. 2. d. 14. quæst. 1.
d. 30. q. 2. notab. 2. t. 2. d. con. 38. q. 3. notab. 6. probat. 2.
conclusionis 4. & q. 6. fult præsertim notab. 9. §. *Alij
autem*. Franciscum Carthagensem de prædeterminatione, diser-
tissime discursu 4. dub. 3. discursu 8. dub. 4. discursu 9.
discursu 10. dub. 2. vñ. & discursu 4. dub. 3. vsque adeo
physicas prædeterminationes, & prædeterminationes diuinas li-
berarum actionum auerfantur, ut omnes vñuersim prædi-
nationes, nec solas prædeterminatiuas Thomisticas
actionum libertati aduersari defendat: accedunt etiam
è iunioribus Scotistis Hieronym. Tamarit. in floribus
Theologicis q. 2. de scient. Meurisse t. 2. metaphysicor.
c. 3. p. 5. q. 3. Ludouicus Caspensi, d. 6. de scient. sect. 6.
Dola. d. quadripart. p. 1. c. 3. n. 8. c. 4. num. 2. Theodoros
Smiling. tract. 3. de Deo d. 2. q. 5. decreta prædeterminatiua
regulata solummodo per scientiam mediam prædeterminatiua
eorum facilitate se defendisse testatur, ac non ita regu-
lata repudiante, & si hæc ibi defendat: ob ea tamen ar-
gumenta, quæ satis ostendunt nostram de scientia media
doctrinam minus, quam oporteret, tam antea, cum regu-
lata solum per scientiam mediam prædeterminationes de-
fendebat, quam postea cum per illam irregulatas defen-
dit ab eo fuisse penetrantem eadem nostræ sententiæ præ-
determinationibus aduersari ex Scoti doctrina subscribit inge-
niosus etiam Scotista Pontius in cursu Philosoph. tract. 3.
d. 2. q. 5. n. 1 §. 1. vñ admittit decretum indifferentem con-
currenti cum nostra voluntate pro libito illius, ut ex
parte sui concursum præparet ipsi Deus. Licet autem
q. 4. & d. 3. q. 3. à n. 81. & d. 6. q. 8. n. 600. & alias admittat
aliud decretum determinare concurrenti cum voluntate
ad eius absolutum consensum; tamen hoc comitans esse
ait, atque à voluntatis determinatione dependens; non
autem antecedens, ut ex eis locis præsertim ex d. 3. cita-
tis constat. Hæc autem comitantia solum decreta, atque
à voluntatis determinatione dependentia rectè cum no-
stra de scientia media, & decretorum abusu libertatis in-
dependentium, cumque minime antecedentium doctrina
consistunt: ac proinde à nostris doctoribus Vazquez, &
aliis acerrimis prædeterminationum omnino antecedentium im-
pugnatoribus defenduntur, quos refert, & sequitur
Gasp. de Ribadeneira art. 10. de prædest. c. 1. num. 1. quam-
quam decreta hæc comitantia non leues aliunde parian-
tur difficultates ad eaque confugiant nuperi aliquot
Thomistæ non aduerentes diuersas omnino eas ab illis
esse, quas hæcenus, & sui defendendas suscipere.

CERTAMEN II.

Nominalium (altera scilicet Franciscana, ut plurimum, schola) pro nobis contra prædeterminatiuas præsumptiones est.

1. **A**ltera apud Sapientissimos Franciscanos orta secta est Nominalium schola; quæ ita, & Okami inuentoris ingenio, & sequacium subtilitate apud Catholicos statim inualuit, ut insignes, & Thomistæ, & Scoticæ, & omnium Religionum, & Academicarum Professores in partes traxerit suas; aliasque Philosophorum, & Theologorum scholas multis annis ubique Academicarum & gentium fecerit conticere. Ex ea vero Nominalium schola solos hic Franciscanos Doctores referam, ac proinde Ioannem Bachonem Holchor, & eius sectæ (diuersæ tamen familiæ) Professores rectebo, ut ex hoc, & primo certamine constet, quo iure, & fide, perfidus alias hereticus, Tuilius apud nostrum Annatum vniuersum dixerit Franciscanos omnes in præfenti, & confectariis controuersiis nobiscum contra Dominicanos recentiores ducere agmen. Sed neque aduersarij Nominales in nostris castris esse dubitant: cum potius principium, ex quo ipsos actius à ratione impetimus, scilicet causæ liberæ definitionem, communem quidem, apud Nominales nam fiteantur. Inde otiosum fortassis videatur Nominalium pro nostra sententia testimonia singulatim recensere, nisi exploratos sententia nostra Doctores, etiam, qui ab aduersariis antiquioribus vltro nobis donabantur, ab eorum iunioribus denegari in dies videremus. Sed tamen non omnia Nominalium ad rem hanc testimonia præfenti cert. proponemus: quia quæ eorum ad stabilendam communem causæ liberæ definitionem spectant q. 7. cert. 1. producentur opportunius.

2. Venerabilis eius scholæ inceptor Okamus in 1. d. 38. q. vn. sub init. [Voluntas in quantum est actus primus, libera est ad oppositos actus: & mediantibus illis actibus oppositis est libera ad opposita obiecta, in quæ tendit, & vterius ad oppositos effectus, quos producit] unde infert non agere necessario, sed contingenter: ita, ut agere oppositum possit. Erit autem s. contra istam opinionem sub hac potentiam oppositi solum esse pro instanti sequenti, intelligendus est ex suppositione actus pro primo. Concludit inde in actu determinationis diuinæ non posse certo cognosci nostræ voluntatis determinationem: quia, si ad eam necessario sequitur determinatio voluntatis nostræ, hæc non liberæ, sed naturaliter operabitur; si non sequitur necessario, non sufficit cognitio determinationis diuinæ, & paulo ante dixerat, [Voluntas creata cessare potest ab actu cauandis se sola quantumcumque nullum prædictorum desit.] Deus, scilicet, volens coagere, & requisita cetera. Consonat dictis à se d. 1. q. 6. post med. & d. 10. q. 1. & dicendis in 2. q. 16. Gabriel Okami discipulus & proximus ingenio, & doctrina successor in 1. d. 38. q. vn. art. 1. ante 1. concl. probat nostræ voluntatis libertatem, est Deus necessario moueret. [Potest enim, inquit, prior causa facere, quod in se est, & ita mouere posteriorem; & tamen posterior, propter sui libertatem, non parere huic motioni,] quibus nihil contra præsumptiones prædeterminatiuas magis perspicuum dici posse videretur, nisi statim subiicienda dem Doctor scripserit.

3. Idem igitur Gabriel in 2. d. 37. q. vn. art. 1. ad 1. argum. ex quinque viis ait. [Primam causam concausare habet voluntas in sua potestate, Nam voluntas diuina cuiusque concedit antecedentia concederet, & consequentia, quantum est ex se, nisi esset impedimentum: dando autem voluntati libertatem dedit ei omnia opera, quæ sunt in eius potestate: ideo Deus semper coagit ad omnem actum, quem vult elicere. Ergo semper est voluntas ante instantem, quo elicit actum, potens elicere,

& non elicere.] Et obiciens inferius non esse Ordinem inter causam primam, & nostram voluntatem, si neutra alteram determinet: negat. [Nam in hoc est ordo essentialis: quod voluntas creata non potest elicere actum non currente prima causa coëfficiendo; licet non e conuerso. Neque sic mouetur à prima causa, quasi aliquid de nouo causet, vel influat in voluntate, quo voluntas velit; sed quia produxit voluntatem liberam ponens actum suum in sua potestate.] Et ibidem cum pro prima via arguisset [si voluntas diuina non determinaret nostram potest voluntas diuina aliquid velle, quod non fieret propter voluntatem nostram non concordantem] negat postea consequentiam: quia nihil efficienter, id est efficaciter, vult diuina voluntas voluntatem nostram, nisi, quod vult voluntas creata. Ad hoc enim determinat se diuina voluntas dando voluntati creatæ libertatem: quod est dare ei facultatem eliciendi, & non eliciendi: & ad quemlibet actum, quem elicere voluit, velle sibi coagere.] Item ad argum. 3. via & d. 1. q. 2. art. 1. concl. 4. & in 1. d. 45. sine docet in nullo signo causare causam primam, in quo nostra voluntas eundem actum non cauisset. Rursus necessitatem, etiam non coactam spontaneam ab usu libertatis independentem libertati aduersari, nec esse voluntati libertatem, nisi respectu actum, quos requisitis omnibus positis potest elicere, & non elicere, quorumque proinde dominum habet docet in 1. d. 1. q. 6. art. 1. notab. 2. art. 3. sine d. 10. q. 2. d. 28. q. vn. art. 1. notab. 6. & sequentibus in 2. d. 7. q. vn. art. 1. sub init. d. 2. f. rora, maxime art. 1. à Corollar. 4. art. 2. concl. 1. art. 3. dub. 3. propositi.

4. Gregor. in 1. d. 10. q. vn. art. 2. circa med. & deinceps essentiam causæ liberæ in eo statuit, ut positis omnibus requisitis ad agendum, & sublati impedimentis in sua potestate habeat agere, vel fecus omni alterius necessitate ex parte actus primi exclusâ: quare eidem agenti nullam actionem necessariam, & liberam simul esse posse. Et in 2. d. 1. q. vn. art. 1. [Libertatem sui actus causam esse, & potestatem eliciendi, cum vult, & ad 1. contr. 2. concl. voluntatem cum eadem cogitatione velle, ac nolle posse, & d. 28. q. vn. art. 3. post med. ad 12. (quo loco prædeterminationi) eidem doctrinæ, & sententiæ infertur & d. 17. q. vn. art. 3. ad 8. arg. ait. [Ad hunc sensum dico Deum sequi determinationem voluntatis: quoniam ideo Deus agit illum actum, quia cum voluntas agit, & non ideo, quia Deus agit, ideo voluntas agit. Et ideo magis proprie dicitur Deus coagere voluntati in talem actum cauandum, quam voluntas dicatur coagere Deo.] Quæ licet de actu prauo, & materiali peccati dicta à Gregorio sint, quoad physicum Dei influxum, etiam in actu honesto verum habent; & si quoad influxum Dei intentionalem, & moralem per victicis cogitationis, seu congrui auxilij immixtionem ex misericordi liberali, & gratuita Dei voluntate, & intentione boni operis nostri coagere nos potius Deo (cuius in eo eliciendo præcipue partes sunt) quam Deum nobis coagere certum sit. Mitto plura alia ex Gregorio de determinatione voluntatis nostræ, non à Deo, ad materiales actiones peccati, quæ inferius propria specialis huius difficultatis examinanda sede locum habent commodiorem.

5. Adamus in 1. d. 1. q. 6. art. 2. dub. 17. confutat aliter: [voluntatem non posse denuo aliquid agere, nisi sibi de nouo adueniat aliquid determinatiuum ipsius ad agendum.] Et sine ait. [Voluntas omnibus concurrentibus vniuersim potest causare volitionem, & nolitionem obiecti cogniti: & seipsam determinat ad volitionem, vel nolitionem.] Et totis eo art. & 2. præcipue dub. 15. 16. & 17. libertatem in potestate indifferentem ad vtrumvis omni necessitate ad alterutrum excludit constituit: quam etiam ad non cauandum esse in eodem instanti, quo causet, sed pro priori naturæ, asserit ad questionis finem: verum non ex suppositione quod causet, sine in sensu composito causationis, quæ reperit q. 8. art. 2. circa med. ad 1. argum. item in 3. sentent. d. 14. art. 2. circa med. ad 1. argum. item in 4. sentent. d. 14. art. 2. dub. 3. ante med. ait: [Alius articulus Parisiensis dicit sic. Falsum est omnia esse præordinata (predestinata, seu prædeterminatiua, ut de eo Parisiensis doctrina explicamus suo loco) à causa prima: quia sic

rationibus aliquandiu defecisse: vt de se fateatur Car-
melus, dum eo in Collegio degebat, in sua Theologia
fundamentally quam apud Belgas composuit: vbi politi-
cis illis rationibus solutus pro ingenij sui, & acumine, &
ingenitate instructa à se satis preste, & dilucide contra
prædeterminationes ac subinde prædeterminatiuas præ-
finitiones ratiōis de libertatis euerfione solutiones Do-
minicanas, quas tunc adhibebat refert, & tanquam inanes
ridet, & exurgit. Neque ipse solus ad sui ordinis doctri-
nam nostram rediit: Verum, & totum illud Vincetoriam
Collegium, ac proinde hispanum totum S. Benedicti So-
dalitium, dum hæc scribo, ad eandem Anselmi & ordinis
sui naturam fuerunt rediit: in hoc ordine recenseri
iure possunt S. Bernardi Alumni, cuius ordo fuit, & Bene-
dictino propagatus.

5. Ex ordine S. Bernardi Doctores omnes in nostris
numerandi sunt castris. Et in primis sanctimoniam & do-
ctrinam celeberrimus mellissimus ipsius Author Bernardus,
cuius pro nobis plura, & peripicua in quaestione, quæ de
Patrum autoritate est, testimonia extant. Sapientissimo
Parenti, & ordinis sui, & Theologie nobiles Professores
quique ea in re adhaerant. Insignis omnigena literatura
Magister Fr. Angelus Manrique inter Academiæ Salman-
tine Professores recitatus cert. 2. Magister etiam Lorca
Primarius in Scoti Cathedra Complutensis Professor,
quem sola ignorantia temeritate, aut impudentia pro
opposita sententia citari posse hæc euincunt. Nam 1. 2.
d. 10. de grat. m. 1. §. Et quidem Thomisticam de physicis
prædeterminationibus, & præfinitionibus nostratum
actionum à causa prima sententiam, à se repulsum, longè
esse à mente Angelici Doctoris grauissimorum Thomi-
stium allegatione testatur & d. 21. concl. 2. §. vt ex omni
de auxilio efficaci (quod solum moraliter efficacem admi-
nit) agens ait. [Auxilium huius generis infallibile est ex
admirata præficientia, & cognitione futuri euentus condi-
tionali, quæ solum necessitate consequentem inducit:
quæ est necessitas secundum quid, & supponens liberam
determinationem.] Quibus consequenter t. 3. p. q. 1.
art. 3. d. 10. m. 1. n. 26. allato S. Th. testimonio scribit. [Ad
dicendum, quod prædeterminatio præsupponit præficientiam
futurorum exculsiue industriæ S. Th. mente subne-
dit.] Ex quibus S. Th. verbis constat præficientiam illam,
quam dicit supponi ad prædeterminationem non esse
scientiam simplicis intelligentiæ, nec scientiam visionis;
sed scientiam, quam vocant mediam: quæ ex hoc loco
S. Thom. manifestè adstruitur, quibus singularim probatis
concludit. Loquitur ergo de scientia conditionata, quæ est
prior omni decreto productionis, & media inter scientiam
possibilem, & scientiam eorum, quæ absolute futura
sunt: quæ scientia Deus cognoscit, non solum, quod est
possibile, sed etiam quid foret, & esset in omni euentu, &
ordine rerum, & supposita quacumque conditione de-
pendente à voluntate sua, & aliorum, & à quacumque
suppositione. Scientia autem media, ita admissa non
magis decretis subiectiue absolutis, & obiectiue condi-
tionatis, quam prædeterminationibus, & præfinitionibus
absolute futurorum contingentium aduersatur. Quibus
adde doctum, & ingeniosum Fr. Petrum à S. Ioseph tract.
de grat. d. 3. sect. 9. n. 67. & in suam concordia tota d. 4. Fr.
Eulochium à S. Paulo 2. p. summa. Philosoph. tract. 2. d. 1.
q. 3. §. verum ex libere. Chrysof. Caberum Primarium
Theologie Professorem Complutensem tract. 2. Physicor.
d. 4. n. 9. & tandem verumque Hispanæ Congregationis
suz florentissimum Theologorum seminarium Complu-
tense, & Salmantinum, in quorum primo, & si aliquot ali-
quodam Professores à suorum Anselmi, Bernardi, & reli-
quorum doctrina hac nostra, voluntate, quam mente, de-
fuerunt; iam totum ex annis aliquot ad eam tanquam
sui ordinis doctrinam propriam à Capituli generalis ante
dicit. Salmantinum autem facti huius ordinis Collegium
Leonardi responsiones ad expostulationes contra scien-
tiæ mediæ communem suffragio probauit, cuique nomi-
ne subscribere Magistri omnes Fr. Angel. Manrique Ab.
Mephonius Perez Petrus de Obiedo. Hieronym. Marti-
nez, Thomas Brauo, Henricus de Lagarna.

6. Tercio loco pro nostra doctrina recensenda esset
Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. I.

Patrum Dominicanorum, & religione & doctrina pet
illustri familia, ex qua primores omnes Theologos,
cum veteres, tum iuniores pro nobis stare vidimus q.
proxima, quibus & numero, & eruditionis, ac Theolo-
gicæ suppellectilis laude longè impares esse illos Domi-
nicanos recentes, cum quibus pugnamus, ne hi quidem
iniciabuntur; siquidem sententiæ huius suæ pauci, qui
ob excellentiorem doctrinam typis illam docere ausi
sunt inferioris tamen, quam eam impugnantes Domini-
canti in suo sodalicio habeantur, vt ex citatis & recitatis
satis claret. Quarto loco Franciscanorum, & Scotiæ,
& Nominalis scholæ Professores, quos ferè omnes pro
nobis esse ostendimus cert. 1. & 2.

7. Quinto loco recitandi veniunt Theologi Augusti-
niani Primores suum sanctissimum aquè, atque sapien-
tissimum Patriarcham, Theologiæ, atque Ecclesiæ ro-
tius lumen Augustinum secuti, qui vbis, & sententiam
nostram, & eius ostendendæ principia & docet, & con-
firmat, vt q. 2. videbamus. Sunt autem pro nobis è sacro
hoc Augustini ordine insigniores huius sæculi Theo-
logi recitati & cert. 1. cum his de rebus Academia-
rum pro nobis producebamus iudicia. Scilicet Illu-
striss. Augustin. Antolinez ex Magistro & Professore
Primario Salmantino Compostellani. Archiep. Mag. Lu-
douicus de Leon citans Mag. Gueuaram, Basil. Legio-
nenf. Salmantin. etiam Primarius, qui & citat Ludoui-
cum auunculum, & Leonardum Coquzum scholasticum ad
cap. 9. libri 12. de ciuit. Dei. Et Petrum de Aragon
1. 2. quæst. 83. solutione argumentor. Sui etiam ordi-
nis insignes Magistros. Posset autem eundem Aragon
citare ex 1. 2. quæst. 24. art. 3. dub. 1. notab. 2. atque at-
tente lectus dub. 2. quæst. 30. art. 4. solut. argumentor. 2.
Magister etiam Augustinianus Franciscus Cornejo, &
ipse Primarius Salmantinæ Cathedræ Theologus Ante-
cessor Magist. professionis eiusdem Ioannes de Gueuara
Vespertine Cathedræ Academiæ eiusdem Moderator,
atque eiusdem ordinis, & Cathedræ Rectores Magistri
Fr. Ioann. Marquez, & Alphonsus Mendoza: quos om-
nes citato cert. 2. in Salmantina Academia recitauimus.
Ex cert. vero 3. à n. 4. addendi sunt Augustiniani ordina-
is eiusdem Eremitarum Generalis in vrbe Procurator, &
Theologus insignis Ioannes Baptista Pianbinus, necnon
Mag. Gr. 2. Nunez Coronel, qui dum hæc de re disputa-
tiones Romæ haberentur à Summo Pontifice nomina-
tus fuit eius controuersie censor. His addendi Augusti-
niani etiam Magister Iunica de vera religione aduer-
sus eius temporis Hæreses lib. 2. cap. 4. col. 3. & deni-
ceps, maxime versus fin. & toto cap. 7. Mag. Fr.
Martinus Albiz Primarius Complutensis Antecessor
tract. 1. de scient. d. 7. sect. 5. num. 7. & sect. ult.
Item Egidius de Present. t. 2. de Beatitud. lib. 1.
quæst. 12. artic. 1. §. 8. & insignis Valentiniæ Aca-
demiæ Primarius Professor cuius in ea Academia memi-
ni. Ac demum ne longiorem texam/catalogum Gab-
riel Pennotus Canonicorum Regularium S. Augustini
Generalis in vrbe Procurator celeberrimo suo humane
libertatis propugnaculo, & nuper Celestinus Brunus in
quodlibet, d. 13. de substantia Dei, §. 8.

8. Sexto eisdem omnino fundamentis pro nobis,
& contra prædeterminatiuos præfinitores Carmelitus
ordo cum suis proceribus Theologis stetit semper. Ea-
dem enim, quæ nos modo contra prædeterminatiuos
præfinitiones docuit olim resolutissimus Doctor Ioan-
nes Bacho, in 1. d. 40. artic. 2. à med. hanc refert,
laudat, & sequitur Giltonis Doctoris sententiam. Licet
pronius quadam sit in voluntate, & causis superio-
ribus; nulla tamen necessitate limitatur ad hanc par-
tem magis quam ad istam secundum sententiam Philo-
sophi, & Catholicorum. Et ex eodem, & illa probat
longè inferius, quibus docet ea solum nobis libera,
quæ à Deo sunt. Voluntate permiffua, & sunt in po-
testate nostra, quantum ad determinationem præfup-
posita influentia tamen in generali & in essendo, &
in causando. Et recitato Ecclesiastico cap. 15. imagi-
nor sic, quod Deo permittente me agere indifferenter
hanc partem contradictionis, vel istam, non determi-
nante me magis ad hanc, quam ad illam ego eligo alter-
ram partem art. 4. non solum in alio probatam, sed,

uti propriam, atque à seipso, eam sententiam docet asserens arbitrij libertatem in potestate ad utrumvis, & suarum actionum dominio sitam esse supposita etiam influenza Dei, & in 2. d. 26. q. vi. art. 1. 3. & 4. docet circa bonum in communi nos libertatem immutabilitatis, siue potius necessitatem habere, quam libertas, seu potius immunitas mutationis deuoluit; aut circa reliqua bona habere libertatem propriam arbitrij, scilicet, potestatis indifferentis ad utrumvis. Accedit è Carmelo eodem non suppar modo Bachoni Theologus, sed (in rebus præsertim hisce, quæ ad præscientiæ, & prædestinationis cum libertate nostra concordiam attingunt) excedens Thomas Vvaldensis Anglicanæ Provincie Provincialis, de cuius doctrina luculenter Fr. Marcus Antonius Alegre de Casanate in suo paradiso Carmelitico statu 4. ætate 16. anno Christi 1430. c. 234. in Thoma Vvaldensi. Is ergo libris doctrinalis fidei Vvaldesum Lutheri, & Calumi erroribus contra nostrorum actionum libertatem præcludentem, ita nostra hæc doctrina oppressit, ut nemo, qui eum legerit, nisi sciens, & volens possit à Catholica veritate deuiare; legatur eorum operum ubique, sed maxime lib. 1. art. 1. c. 25. ubi explicata, uti nos infra explicamus, necessitate antecedentis, & consequentis ab Anselmo & suis clare tradita ait. [Necessitas ergo præcedens non compatitur arbitrij libertatem: & ideo non conuenit humanis affectibus. Subditque. Periculosè ergo, ut mihi videtur, quidam magni viri necessitate missam præcedentem ponant in humanis operibus etiam, & quod suam voluntate Dei: maxime, cum in antiquis Ecclesiæ Patribus nihil consonans reperire possunt, cum conantur.] Euerunt autem magni illi viri Braudina, qui eo tempore prædicationes prædeterminatas docuit cum aliquot Dominicanis suis.

9. Et cap. 28. eam prædeterminationem harum antecedentem necessitatem libertatem destruere ait. [Iuxta communem consensum Ecclesiasticæ doctrinæ haultum de fontibus salutaris per processum scripturæ, & antiquorum scripta Doctorum.] Et cap. 8. dixerat [venerabilis Anselmus, & S. Thomas clarissimo ore dicunt non esse ibi (ratione præscientiæ, & prædestinationis) necessitatem aliquam præcedentem, sed consequentem, quæ nihil efficit; ipse (contra quem agit) omnino imponit eis necessitatem ponere præcedentem, quæ rem obliget ad euentum.] Ex eodem etiam Carmelitano sodalitate numerandus est Mag. Ioann. Antonius Bohius Collegij Romani sui ordinis Regens, quem pro nostra hæc Molinæ doctrina sententiam dixisse in Romanis de ea consultationibus, & censuris Sedis Apostolicæ iussu habitis Ioannes ipse à S. Thom. inficiari non ausus expressè fateretur. Item Reuerendissimus Mag. Henric. Siluius eius postmodum ordinis generalis, qui ad eam causam censuræ ius à Sede Apostolica habuit, atque in causæ eius consultationibus Molinam secutus, & summa eruditionis ingenij, & doctrinæ laude tutatus est, ut testatur Fr. Antonius Alegre citato paradiso Carmelitico 17. cap. 36. anno 1598. Mag. Fr. Gilius Primarius in suo Complutensi Collegij Professor, in eaque Academia Theologus spectatissimus, atque bonæ omnis in sua hac Castellana Provincia Theologiæ parens lecturis omnibus, quæ præsentem materiam concernunt, Mag. Benandis eiusdem Academiae Doctor, & Primarius Cathedræ Theologus antecessor. Magister Lizana Primarius etiam eiusdem cænobij lector, & Generalis in urbe Procurator: utrobique sanctitate, & literatura nobilis, cum in suis lecturis, tum cursum in opere pro immaculata conceptione, & vno verbo insignis illud Carmeli Complutense Collegium, & Toletanum eius ordinis Monasterium totum per annos multos, quorvis quæ paucis abhinc annis Magister Encinas Cathedræ ex minoribus Complutensibus spe ex Dominicanis Patribus concepta, nostram hanc, & suam hæcenus doctrinam deferens ex oppositionum suggestu Thomisticam legit æstimanque eam ob rem causâ cecidisse omnimode & potentia (fuit enim postea Provincia eliminare conatus, lectores aliquot metu potius (ut ex præstantioribus quique testari sunt) quam studio ad Thomisticam pertraxit. Speramus autem eos intellectualem hac tyrannide liberos, libertatem & suam & nostram

cum suis antiquis Doctoribus Bachone Vvaldense, & insignioribus reliquis defensoribus, sicuti defendisse semper præcipuos doctrinæ laude Carmelitani conuenit Valentini Professores testis est noster Borrell. de scient. med. d. 5. sect. vii. num. 371. sine, & Vallisoleran. Doctor Coronel epist. recitata, q. 3. & Salmantica. idem.

10. E Mercenariorum cœtu, utpote Dominicanorum Colonia, paucos, quos sciam, filialis metus post excitam horum cum nostris licem nostris accedere partibus permittit. Ex quamvis controuersia huius initio veritatis amore filialis hic timor ab eius ordinis Professoribus fuerit superatus, atque nostram hanc Molinæ doctrinam Generalibus Theologis in suo Generali Capitulo defendendam putarint: à suo Provinciali Francisco Zumel sunt prohibiti teste omni exceptione maiori Vallisolerano tunc Primario Doctore Ioanne Garcia Coronel, alias Thomista, & Dominicanis de reliquo addictissimo, ut ex eius epistola q. 3. cert. 2. n. 8. recitata constat. Et quidem Zumelium, non Theologicis, sed politicis, necio quibus rationibus in eam Dominicanorum recentium sententiam tractum esse vel inde constat: quod sæpe scriptis suis, voluntate in vnam, ratione in alteram trahente in utramque claudicet parrem vti docet ante nos obsecrauit alij, in quibus ita de Zumelio scribit Fasolus 1. p. t. 2. q. 14. art. 13. d. 9. n. 110. [Solenne huic scriptori est nunc nostris, nunc aduersariis sententias propemodum, verba ipsa describendo adherere. Ex quo quanti eius authoritas facienda sit quivis facile iudicauerit.] Et nos cerè huius ordinis professores dolentes (sæpe audimus, quod Dominicanorum recentium in rebus hisce doctrinam contra proprium animi sensum à suis Provincialibus, & Generalibus cogantur defendere: quia nimirum illi Episcopatibus inhiantes Dominicanorum Regis Catholici consilio, cuius ope illos se consecuturos sperant, quod & nonuitate ingens obsequium præstare putant: quod & nonnullis aliorum ordinum euenire ipsis fatentibus didicimus, sed enim nimis animi candor est credere eo obsequio id opè, & opera Confessarij Dominicanorum obtinere, quod & ipse, & sui appetunt fratres.

11. Ex sacra SS. Trinitatis religione neminem pro nobis referre animus erat: cum totam illam totam ubique nationum, & temporum, ex quo res hæc in controuersiam verti caput, sententias hæc in re nostras, & defendisse & illustrasse notum à Deo sit, ut ne aduersarij quidem, qui exteros suæ opinionis Patronos omni arte venantur, tractatas etiam aliquorum (qui satis clare pro nobis pugnant) sententias recitantes, ut ipsis adhaerere videantur, vel vnum ex ea religione Doctorem pro se referre sint ausi. Ceterum insigniores eius familie aliquot singularem referendi sunt, quorum scripta, vel prælam viderunt, vel merentur. Nempè Magister Paz Doctor Conimbricensis, regiusque apud Lusitanos Concionator insignis, & subtilis sacrorum librorum interpretes Commentariis in Ezechielem Mag. Didacus de Auila grauissimus Theologus, & in Beatissimi Academia initio controuersie Professor, cuius meminit nuper citatus Primarius Vallisoleranus epistola citata. Mag. Elicante Hispanensis Academiae Primarius in suo clypeo concionatorum Magist. Sepulveda Salmanticensis & Mag. & Professor tract. de anima d. vii. sect. 4. Mag. Marcus Antonius Alof. Doctor Valentini t. 1. selectarum disputationum, & lectura de scientia Dei. Ioannes Hurtado Salmanticus Professor, & Mag. post vero Primarius Vallisoleranus lectura de scientia Dei. Mag. Moya Castellæ Provincialis, & Mag. Mora celestis Complutensis sui Collegij Professores lecturis de scientia, & auxiliis. Mag. Iosephus Romero de Cos in Salmantina nunc Academia Magister, & scripturæ sacre Professor, & Castellæ Provincialis.

12. Totus etiam S. Francis de Paula maximorum minimorum ordo à principio controuersie nostris etiam partibus summo ingenio, & constantia adhæret, qui vel vnus ex eis Theologus Dominicanis hisce consenserit, ut superfluum sit aliquos referre, cum vno verbo possimus omnes: Videantur nihilominus Ioannes Durallus lib. 2. dialectico Thez cap. 8. t. aliqua argumenta, & tit. Quomodo sentit simul, S. Amplius probatur, & tit. Soluitur quoddam, S. Inferitur tandem. Marius Mercenarius in c. 1. Genes. art. 5. obiect. 10. & 17. Claudius Regolius in lib. 1. Reg. c. 13. vers. 4. t. quomodo intelligatur, p. 5. & 2.

§. Ex his sequitur. Et §. Hi ita explicati. Item Reverendissimus Ioannes Ponze Regius Concionator, & Baronia Provincialis supremi Senatus S. Inquisitionis censor. Et Illustrissimus Herrera eiusdem muneris functus, qui sacris infusus electus à Rege, ac Domino nostro Philip. 4. humili magnanimitate renuntiavit, ac dum hæc scribo magno fui apud curiam regiam, & bonos omnes desiderio obit, Ioannes Noboa præcipuus sui ordinis muneribus functus. Hi inquam tres lecturis de scientia, auxiliis, prædestinatione. Et in prælo ea scripta non mandaverunt. Lectura tamen apud Complutum diuturnitate, & doctrina laude, cum ibi, quam in curia Regia, & tota denique Hispania fuerunt notissimi. Novissime ex huius ordinis scriptoribus Ioannes Salomander d. Physicæ partitione 4. post Clypeum 4. Et cum Durando, & Aureolo, & Capuscino Dola censent Deum non concurrere immediate cum causis secundis, præsertim liberis, 2. resolut. ex hypothesi verò concursus immediati Dei cum ipis de prædeterminatione hæc habet §. victorius resolutionis, [diuturno enim ad prædeterminantes maximum est periculum de medio tollendi ipsam libertatem: saltem tenentur illam definitionem libertatis negare, qua dicitur, libertas, seu liberum arbitrium est facultas, quæ positis omnibus prærequisitis ad agendum potest agere, vel non agere. Si enim reciperet hæc definitionem, statim hæc consequentia foret: posita illa prædeterminatione voluntas non potest non agere. Ergo tollitur eius libertas,] quæ in concursu simultaneo cessare ait.

13. Ex clericorum minorum Sodalitio, vnus pro multis sufficit, & superfluit Reverendissimus Raphael Auerbach. §. 3. in hac re, ex scripturarum familia Celsus Valentinus de prædestin. cap. 8. Et idem ac scripturarum apud Bononienles ordo seruatorum nuncupatus est, Antiquior Doctor Laurentius Optimus Illustri commentario in Magistralium sententiarum lib. 2. d. 25. Ex clericis regularibus autem Zacharias Palqualigius 7.1. de Deo, d. 40. lect. 1. vbi omnem determinationem diuinæ voluntatis, nostræ voluntatis determinationi antecedentem libertati contrariam faceret. Et quavis scientiæ mediæ nomen fugiat re tamen ipsa illam simplicis intelligentiæ nomine adiuuat.

CERTAMEN IV.

Doctores exteri reliqui & nostri omnes prædeterminatiuas præfinitiones abiicientes recensentur.

1. Hædrian. in 4. sent. tract. de sacram. penit. (quo loco pro aduerariis citatur quæst. an homini semper præsent aulem vere penitentis) Et si gratiam excitantem, & libidine possibilitatem, seu facultatem penitendi videtur negare sub init. tamen solum negat eis gratiam abundantem, & concedit quæcumque possit conuerti, habereque paratum Dei auxilium ad conuersionem: quæ sit. Et quodlib. 3. quæst. 1. ante n. ed. & med. ait nulli viatoris impossitam esse necessitatem peccati, sed potius ratione sufficientis auxilij potestatem adesse non peccandi, & quodlib. 7. §. videamus, nostræ potestatis, & dominij esse eligere bonum, vel malum. Et vers. fin. cuiuslibet sufficiens auxilium offerri quo resurgere possit, & omnia peccata vitare. Ac hinc rem illustri metaphora explicat dicens, Plurimorum manus à Deo apprehenduntur, qui tamen extra patrem non trahuntur: quia semetipsos non saluant. Ex his autem qui contra Lutherianos afferentes, scribere Rosenfis art. 36. contra Lutherum inter princip. & med. §. differre, & sequenti, ac toto præfatum inter princip. & med. proposit. 4. §. 7. & 10. & initio articuli in definitione liberi arbitrij de quo q. 2. & 3. Tracto de redempt. generis humani, citatus à

Ruando proximè tract. 4. c. 2. concl. 1. 2. 3. & corollar. siue concl. §. & tract. §. cap. 3. concl. 3. & tract. 6. cap. 1. pag. 2. rationibus certis, & quarti gener. & lib. de concord. gratiæ cum libero arbitrio cap. 2. part. 2. & cap. 3. longe abinit. §. Accedamus iam ad examinanda, & lib. 1. de grat. & lib. arbit. tract. 4. lib. 2. toto præfatum tract. 1. fin. Stapletonius duaci, & Louaniz Professor Regius lib. 4. de iustific. cap. 8. Antidoto in epist. ad Roman. cap. 11. ad id, sine penitentia enim sunt dona, & vocatio Dei, post med. commentarij, & in cap. 9. ad id, An non habet potestatem figulus. Sæpe, & maxime vers. 15. §. Deum altitudine intellectus sui. Antidoto in Ioann. cap. 1. ad id: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, & in cap. 8. ad id: si filius vos liberauerit, & in cap. 15. ad id: sine me nihil potestis facere. Et antidoto in acta in cap. 1. ad id Definitio consilio, & præfentia Dei. Et in promptuario Catholico 6. feria Hebdomada 1. quadrages. Hi omnes adeo explorato contra præfinitiones prædeterminatiuas, tanquam libertatis nostræ pestem, & pro scientia nostra media scribunt, vt nobis vltro donentur à primis aduerfariorum Ledesma Aluarez, Zumel & Cabrera, et postremi, vt Hieronymus Viues, & alij auli fuerint eos pro se recitare, viuunt tamen, viuuntque semper egregia tantorum viro- rum scripta vbi citata loca videri à quouis possunt, & collecta omnia præter vnum sunt apud Ruiz de scientia d. 49. lect. 9.

2. Eadem audacia citatur pro se ab eodem Viues, & alijs Cunerus Episcop. Leouardensis, qui tamen ita contra horum imposturam pro se, & pro nobis scripsit tract. de lib. arbit. cap. 9. [Fit quidem, vt positis illdem fidei, & conuersionis principis similibus, Spiritus Sancti Illustrationibus, suasionibus, & inspirationibus vnus sua libera voluntate eas reiiciat, & non credat, alius sequatur, & credat. Cæterum, qui conuertitur, non ex sola voluntatis virtute hos instinctus sequitur, sed Deo generaliter, & Patre misericordiarum cooperante, & Spiritus Sancti inspiratione comitante. His tamen non obstantibus potuit is, qui credidit hoc facere, quod fecit is, qui in infidelitate permansit, & is idem id ipsum potuit facere, quod fecit is, qui acquieuit: quoniam positis huiusmodi præuenientibus adiutoris ipsa diuina, & Spiritus S. cooperatio ex Dei benignitate in ipso hominis arbitrio quoque posita est, vt ex Deo operari possit, & ex se cessare: quo casu verissimum esse certum, quod inter nos diuersitas ex libero nascitur arbitrio: quoniam qui resistit ex eisdem gratis acquiescere potuit, & is, qui locum dedit spiritui sancto similiter resistere potuit.] Ioannem etiam Malderum Professor Reg. Louanien. Antuerpiensem Episcopum à nobis alienum vendicant, qui eius scripta non viderunt, vel dissimularunt. Siquidem 1. 2. quæst. 1. 11. art. 3. tract. de grat. dub. 10. toto. Sed præcipue m. 3. & 4. post aduerfariorum fundamenta sic fatetur. [Verum tota hac operosa argumentorum mole, neque satis ostenditur inutilitas, imo neque tollitur necessitas præfentientie conditionatæ in explicanda gratiæ efficacia. Imo probabilius est recte, & secundum mentem veterum recentiores quosdam, eosque non paucos, neque obscuros, neque in scholæ vnus sententiam iuratos per hanc præfentientiam conditionatam explicare complementum quasi vltimum, & omni gratiæ efficaci commune.] Et postea eo scientiam hanc commendat, [quod per illam omnia, quæ scriptura sacra, & veteres Patres (præfentim Augustinus) de gratiæ efficaci dixerunt, recte explicantur: Et quod alius modus hactenus repertus non sit, quo æque commode, & clare explicari queat concordia gratiæ, & liberi arbitrij.] His adde Ioann. Vvigers Louanienfis etiam Academiæ Doctorem insignem ad eandem quæstionem & articulum 3. qu. 2. a. n. 33.

3. Ioann. Cochleus totis libris duobus de lib. arbit. contra Melanth. qui antecedentem necessitatem operum nostrorum, & prædeterminationem ex prædestinatione, gubernatione, & operatione Dei adstruebat (2. eiusdem Cochlei libro tex. 3. & 4.) excludit ex scriptura, & Patribus, atque oppositam indifferentem potestatem, & dominum arbitrij nostri ex illdem confirmat, præfentim lib. 1. textu 1. ex illo Genes. 4. Sub te erit appetitus tuus. Et textu 2. ex illo Dei 3. Reg. 3. ad Salomon. Postula quodvis, ut dem tibi. Et lib. 2. impugnatione textus 5. ad fin. Eandem necessitatis operandi exclusionem ab arbitrio

TEGA
A pari
Vla

4. Nicolaus Grandis ad Roman. 9. maxime in c2. *Miserere, qui miseris sum.* Et in illa, *non volens neque currentis.* Negat liberam actionem antecedenti prædeterminatione Dei præiungit electionem, & reprobationem præscientie illarum initii. Marcus Antonius Natter lib. 9. de Deo initio, & pag. 5. cum futurorum præscientia & tota ferie causarum voluntatis liberatam, & potestatem ad agendum, vel non agendum, viranda peccata, vel secus, obediDe Deo, vel resistere, & vitiose se flectere optime conflare: insus lib. 12. pag. 3. & 6. Horantius lib. 1. locor. Catholicor. maxime a cap. 37. ad 56. omni necessitate antecedentis solutam libertatis indifferentiam docet. Et c. 45. circa fin. ait: Deum neminem vi suæ trahere motionis, & gratiæ, fed prælio solum esse ad optulandum vi velimus. Et c. 25. nostri esse iuris primam gratiam irritam facere respondendo, vel confirmare sequendo. Felicitas Capitonis Catholicor. explicacione. part. 1. explicat. 62. Libertatis indifferentiam, & potestatem ad verumvis indeterminatam, supposita enim gratia, docet sicuti 2. part. explicat. 55. & 73. num. 3. ex Augustino, & 3. part. explicat. 21. & 10. nullam necessitatem agendi a prædeterminatione, aut præscientia nobis asserri probat Illustrii. D. Ferdinand. Malsarceus Alagarior. Episcop. Lusitanæ Generalis Inquisitor. tract. de auxil. totor. præcip. d. 2. part. 3. num. 13. & part. 4. num. 27. d. 3. part. 4. 6. Illustrii, Franciscus Doria Leuius Episcop. S. Angeli, & Bilacciarum Legatus a latere a Paulo 5. apud Polonium opuscul. de securor. conditionar. cap. 7. probat 3. & 4. Pelantius Eques Rom. iurior. & Theologic Doctor i. p. qu. 14. art. 13. d. 5. concl. 4. & 5. qu. 23. art. 5. d. 7. & 1. qu. 11. art. 5. d. 4. notab. 2. Gundifali Sanchez Lucero de concept. discursu 1. c. 5. Thom. Pius 1. par. qu. 14. art. 13. dub. 3. n. 5. dub. 4. n. 5. Eugen. Philadelph. exercit. scol. Tripart. c. 1. corollar. 3. 6. cap. 5. 8. Ioan. Puthen. Regius Academiae Tolosane Professor ad q. 14. 1. p. art. 13. d. 5. 2. ultima sententia dub. 3. 5. Ad rationes. Alphonsus Curie controu. 7. seu 1. in 4. sapient. & alibi in Salmantica Academia citatus Odoardus Veltous Dusenensis Professor lib. 3. de triplici homin. officio cap. 29. Claudius Dauquis de Sancti tudine B. Pauli Apolt. lib. 2. c. 6. Marcia de la Mana 2. physicor. d. 4. de causa efficiente c. 3. 5. quinto dubitari potest. Ludouicus Diaz, Franco cr. 17.

5. Por eadem porro sententia nostra praefinitiones
abstinentes praedeterminatim numerandi etiam sunt, qui
aestimantes S. Augustinum locis iam a nobis explicatis ab-
solute efficaciter, & volutate & gratia sua nostra bona
opera independentem omnino a nostra libertate incauti-
bilibiter, & irrefragibilibiter a nobis Deum operari docuisse
consent eum, & cum ipso loquentes Patres alios Pelagi-
anae haereseos, quam impugnant, eorum arbitrio
tribuantes, minus erga arbitrium aequè docuisse, atque
in foueam alteram incidisse euerse inde libertatis. Ij
vero Iun. Genezbrat. Epistol. ad Carolum 9. Gallie Re-
gem praefixa Originis operibus a se correptos, *S. Augu-
stinus id in se agnoscit*, Cornel. Muslus Francianus
Episcop. Bituricens ex Partibus Tridentinis ad cap. 5. ad
Roman. in id. *Igitur, sicut per unum delictum, & Ver-
rum tamen, & S. ad Augustinum autem, Sixtus Senen-
sius Dominicanus praefat. lib. 5. Bibliothecae, & Sent. deinde
alij. Accedunt Iulius Sirenius factum de praedictat., & li-
bris contra Ethnicum factum, Hieronymus Olorius lib. 9.
de iustificat. Sadoletus in cap. 3. ad Roman. quos cum
aliis pro nobis refert Ledesma de auxili. sub iun. propo-
sit fundamentali pag. 7. item Abulenſis in cap. 1. Iohes.
Bartholomaeus Camerarius Dialog. Catholico cap. 9. §. 4.
Cosmas Philiteus lib. de praedictat., apud Herterram
Franciscan. t. 1. in 1. fentent. ad 24. qu. vi. fententia 2. Ioan-
nes Roa Dauila Illustrat. inſuper D. Ioannes Iannis de
Echolas Calaguritanus Episcop. d. 32. cap. 3. numerat. 47.
quibus & alij plures addendi, quos, cum nullius ordi-
nis sunt quaestionibus antecedentibus, & quarta chetibus,
recentissimis; Regulares enim in suis quoque ordinibus
numeramus.*

6. Iam ex nostris societatis Doctoribus non admodum brevis Catalogus tendens est. Ludovicus Molina i. par. quæst. 14. concl. Et super eadem quæst. 14. concordia art. 3. d. 50. *§. Triplicem sententiam*, & qu. 23. art. 4. d. 1. m. 9. *§. Et quædam Deus*, & m. vlt. Fonseca 6. metaphysic. t. 3. cap. 3. qu. 4. lect. 8. *§. Vnde aperte*, & lect. 10. Vafq. t. i. inv. p. d. 67. c. a. n. 21. Valentia t. i. in p. qu. 14. d. 1. punct. 5. *§. vlt. secundum est*, & verum nunc *hu ius explicat*, Suarez opuscul. lib. 2. de scientia conditionata. c. 7, & 8. i. d. e. gr. prolog. 2. c. 5. & t. p. altero prologo. c. 7, & 8. eminentiss. Cardinal. Robert. Bellar. 2. de amicit. gratie c. 17. ad ration. 1. & 4. de gr. & lib. arbit. c. 12. & 13. Eminentiss. etiam Cardinal. Ioan. de Lugo d. 50. de incarnat. lect. 2. n. 33. Becan. i. par. t. r. cap. 16. q. 9. concl. 1. c. 11. n. 12. d. 12. concl. 1. *Ægydius Konink* 2. t. 2. d. dub. 7. n. 107. Ludovicus Turrian. tract. 4. q. 8. Conimbricenses t. 1. Physicor. c. 5. qu. 13. Dicaeus Ruiz de Montoia t. de scientia Dei fere toto præcipue à dilp. 33. & sæpe commisit quæquibus de voluntate, de providentia, & de prædeltina. vt vel citare singulatim loca fir valde prolixum. Arnabul. 2. p. d. 42. c. 3. d. 45. c. 1. Henricz tract. 1. de scientia Dei d. 7. c. 3. Granado i. par. tract. 5. d. 4. n. 4. d. 8. lect. 1. n. 7. dub. 2. n. 10. Albertin. quæst. 4. Theolog. Corollar. 4. dub. 1. assert. 2. n. 15. dub. 2. n. 4. Meratust. i. par. tract. de Deo d. 28. lect. 4. ver. *Ex his confat*, lect. 5. conclud. 3. Tanner. i. p. d. 4. q. 6. ver. & dub. 8. Lessius Apologetico de cap. efficaciæ & dub. 8. assert. 3. Lessius Apologetico de cap. 2. fafult. c. 2. in p. q. 14. lib. 6. de diuin. perfectionib. cap. 2. fafult. c. 2. in p. q. 14. lib. 3. dub. 7. Alarcon i. par. tract. 2. d. 4. c. 1. Ioann. de Salas art. 13. dub. 7. Alarcon i. par. tract. 2. d. 4. lect. 6. tract. 5. d. 3. lect. 2. Dionys. Potianus t. 2. Theologor. dogmat. lib. 4. c. 8. Marcus Anton. Colium. i. p. q. 14. doctrina 4.

Colum. i. p. q. 14. doctrina 4.
 2. Anton. Petz. r. p. n. 88. Iussus Casar Recupia t. 1.
 p. lib. ii. qu. 27. & Balthazar Tellez in phy-
 sicis, Bartolomeus Amicus, & consensu primæ cum secundis
 Cruz de caula efficiunt, & consensu primæ cum secundis
 agentes, Sfortia Palaucinus i. p. & t. 11. Anron Ricardus,
 de lib. arbit. ar. ad obiectiones Vincentii, Petrus Huta-
 do d. g. de anima, & 57. de incarnat. lect. 2. num. 74. Gaspar
 Hurtado r. de Scientia Dei diffi. 10. Moncaus d. 57.
 Theologicis c. 9. s. iam offendo. & c. 36. s. At imprimis, Ra-
 phaele de incarnat. d. 30. §. Theophilus Raynaudus Theo-
 log. naturali d. 8. q. i. art. 2. §. 7. & de noua libertate Pa-
 gal. 8. m. 3. Martinus Gregorius de conficiencia c. 19. §. 257.
 Guilerimus Chronologus (seculo i. veritate d. 5. 4. seculo
 4. veritate d. 5. §. 1. Ferdinand. Salazar de concept. c. 20. §. 1.
 c. 24.

c. 14. n. 69. Burghesius de continetia Christiana c. 1.1. & 12. Joannes Martinez de Ripalda de core supernaturali d. 107. Franciscus Amicus de scientia Dei d. 12. sect. 12. d. n. 100. Joann. Præpositus de scientia med. dub. 2. Arriaga disp. 8. de anima sect. 3. subsect. 2. Et t. 1. in 1. p. d. 21. de scient. sect. 2. Zuñiga de Trinit. q. 34 d. 9. dub. 7. m. n. 8. Hemelman. t. 2. tit. 13. d. 1. c. 4. n. 26. & tit. 14. d. 2. c. 3. num. 7. Vvadingus de incarnat. d. 9. dub. 4. n. 2. 1. Perlin. Apolog. Scholastica pro immaculata Virg. concep. disp. 4. c. 1. n. 1. & c. 4. n. 1. Franciscus de Lugo 1. p. lib. 1. d. 32. ante c. 1. & d. 37. de prædestinat. c. 1. d. n. 7.

7. Azor. t. 1. moral. Theolog. lib. 1. c. 2. 1. q. 8. Martinon de Scientia Dei d. 10. sect. 10. Francisc. Alphonsus 2. phys. ficut Augustinus Bernal. de incarnat. d. 18. sect. 3. n. 53. Ludovicus de Ribas de Scient. Dei d. 6. c. 5. Martin Perez ab Vianoa de incarnat. d. 13. sect. 2. Aldrete de incarnat. t. 1. d. 21. sect. 1. Galpar de Ribadeneyra de prædest. d. disp. 3. & de Scientia Dei d. 20. & 21. Christophorus de Vega in Theologia Mariana palestra 2. cert. 3. & 4. Compton Carleton d. 46. suæ Philosophiæ sect. 4. Ildephonsus Peunafiel de posteriori resolut. d. 5. ordine 14. quæst. 1. n. 10. & quæst. vit. d. 9. à sect. 3. Franciscus Annatus celeberrimo, & laudatissimo, nec facis laudando opere toto defensionis scientiæ mediæ contra Tuiſium Caluiniſtam, Auonymum de ordine, Fr. Joann. à S. Thoma, & Authorum cursus Theologiæ Carmelitani disalceati, Bernaldus Quiros variis locis t. 1. in 1. p. præcipue tract. de Scientia Dei, & tract. de voluntate, & cap. 2. de provident. & tract. de prædestinat. Franciscus Lynceus t. 1. suæ Philosophiæ lib. 10. tract. 4. cap. vit. Galpar Henao de scientia mediæ historice propugnata alios referens plures Matthias Borrull. Valentinus defensionis scientiæ mediæ contra novos eius impugnatores scilicet contra Hieronym. Viues Valentini concinem, qui eam scientiam novissime impugnauerat lib. 1. de Primaria diuine libertatis ad sciendum, & discernendum de contingentibus contra scientiam mediæ Qui omnes, atque ex scholasticis nostris Doctoribus alij, rem metaphysicæ, & rigore scholastico discutientes prædeterminatæ præfinitiones, siue obiectiue conditionatæ respectu conditionatorum contingentium, siue omnino absolutas respectu contingentium absolutorum (vt reum, quas ex iustitio disputabant oportuitas fuit) omnino reiecerunt.

8. Idipſa, & eoltris scripturæ sacre interpretibus præfiteri Alphonsus Salmeron t. 4. in Euangelia p. 3. tit. 14. §. ad secundam quæſtionem, in quo specialiter notandum cum ibi, tum reliquis commentationum suorum libris scholasticas quæſtiones, quas ex littera sacri textus excitat ita exacta eruditione, & scholasticis rationibus ab ipſo disputari, ac definiti, vt nemini, siue præfectorum, siue recentiorum Theologorum sit secundus. Atque id quidem, & profundo ingenio, & eruditione, atque indefesso tantum viri studio effectum est, & manuscriptorum Iacobi Lainez, Doctorum omnium ætatis suæ facile Principis diuinitus suppetis: quare in Salmeronio Iacobus etiam Lainez, à quo tantus vir discere ausus nunquam fuit, pro quavis eius sententia citatur. Venerabilis hæreticorum Malleus Petrus Canisius appendice Carechismi de hominis lapsu, & iustificatione c. 5. Maldonatus in Euangelia in c. 6. Ioannis ad id: *Nisi Pater meus traxerit eum*, d. 67. & in cap. 15. ad id. *Manete in me, & ego in vobis*. Eminentiss. Cardinal. Tolerus in c. 10. Lucæ annot. 22. notab. 5. Barratas t. 3. cap. 11. ad id. *Patib. Bethſaida*, & Cornelius à Lapide in cap. 38. Ierem. vers. 17. & in epist. 2. ad Timor. c. 2. vers. 19. Loricus in c. 4. sapient. vers. 11. & in c. 11. vers. 18. Iustinian. in c. 3. ad Ephes. vers. 11. Ioan. Mariana, Galpar Sanch. Ioannes Rodolphus de Cordova apud Henao vers. 17. Antonius Fernandez de visio- nib. veteris Testam. Visione c. 3. comment. 1. sect. 1. n. 1. Franciscus de Mendoza t. 3. in lib. 1. Regum. c. 1. n. 26. ex- polio. litteræ annotat. 1. circa litteram n. 1.

9. Iacobus Pintus de Christo crucifixo lib. 2. tit. 1. lo- co 1. n. 13. Tiriinus in epist. 2. S. Petri Apostolorum Princi- pice 1. vers. 13. Contzen in epist. ad Roman. c. P. vers. 11. q. 74. & Gabriel Aluarez t. 2. in Iſaiam c. 40. vers. 11. n. 299. & 440. 2. 6. Gordonus in cap. 4. Sapient. vers. 11. & in epist. 2. ad Timoth. c. 3. vers. 19. Vincencius Regius in concor- dia Euang. t. 1. c. 10. Theorica 1. n. 1. Bonarius in c. 16. Ecclesi. vers. 16. Didacus de Baza tom. 3. commentar. mo-

ral. in Euang. lib. 14. c. 16. §. 35. Ioannes Philippus t. 1. in Oſcam c. 2. vers. 13. c. 4. & 11. Viegas, & Cucuara apud Ripaldam de core supernaturali d. 113. n. 25. Antonius de Elcobar t. 1. problematum moral. lib. 1. n. 5. Soherlogus t. 1. in cant. angeloquio 4. sect. 1. n. 7. Martinus Delrius in c. 6. Genes. vers. 8. num. 2. 1. & in c. 50. vers. 19. n. 11. Ludovicus à Ponte t. 1. in cant. exhortat. 6. §. 1. Maluzius in vita S. Pauli lib. 2. cap. 6. Ioannes Vvalterius de triplici Cœna Christi Cœna 2. cap. 13. Crombecius de studio perfectionis lib. 1. cap. 4. n. 11. Salsanus t. 2. annalium anno mundi 3543. n. 52. Ioann. Anton. Velasquez in epist. ad Philippens. c. 1. vers. 27. annotat. 5. morali num. 8. Andreas Pintus Ramirez de concept. n. 6. quibus adde Stephanum Dekams, nuperri- mum contra Iansenistas scriptorem.

CERTAMEN V.

*Virusque opinionis pondere ab authori-
tate ad trutinam vocato va. de e e
uatur Thomistica aduersa.*

1. EX hæcenus tota hæc disputatione à nobis produ-
ctis conſtat primo: prædeterminantes præfinitio-
nes omnino antecedentes ad vſum libertatis noſtræ, at-
que ab eo ſubinde, quoad ſui efficaciam, & intrinſecam
cum actu libero præſinito connexionem independentem,
à Deo conceptas, vt præſinitus actus, & arbitrij quoad ſui
effectiorem libertatis euerſitas ab ſcriptura, Patribus &
Conſiliis, non ſemel, ſed infinitis pene, iterata repulſa
repudiari; quin pro eis ſit, vel vnum, ſiue ex ſcriptura,
ſiue ex Patribus, ſiue ex Conciliis teſtimonium ſiue
ſimo nec doctis in hac controuerſia adhuc apparens. ſoliti-
que ex Priſcis fatalis neceſſitatis aſſertoribus Philoſo-
phis, & Hæreticis Prædeſtinatoribus, contra quos
agentes Patres quæſit. 2. à nobis contorta dederunt, atque
ex Recentioribus. Vvicleſſo, Luthero, & Caluino, &
Aſſectis (contra quos Conſtantienſe, Senonenſe, & Tri-
dentinum anathemata fulminarunt) quoad antecedens
præſinitioſum harum conuenire; licet quoad vitandum
ex illo libertatis noſtræ euertæ conſecutionem Catho-
lico animo laborent, & inſudent, vt ab eorum ſe
doctrina diuerſos ostendant, Dominicani recentiores. An
vero eſſidem omnia, quibus illi viſi, & ſolutionibus
libertatem arbitrij, & humanarum actionum cum ſuis
præſinitioſibus componant, & ipſi, & alij iudices ſun-
cto, Noſtrum enim tantummodo fuit vtrotumque ſolu-
tiones coniungere, & ſingularum conferre, ac nihilo-
minus de Catholicorum Patrum fide bene omnino ſen-
tire, altamque eorum hac in re, quam progenij no-
ſtri reuirtate forteſſe non aſſequimur, mentem ſuſpi-
cere, nobiſque accommodatis explicatam optare, &
ſperare à doctiſſimis Patribus explicandam, ni Sedis Apo-
ſtolice oppoſiti definitione præueniantur.

2. Quoad ſcholasticos verò Doctores ex ſcholis Se-
ctis Academicis, & Religionibus atque aliis ſcriptori-
bus innumerum pene Cathalogum poſſumus terere, è
Dominicanorum familia, & ſchola eam pro nobis eſſe,
de Academicis contra præſinitioſes hæc earum iudicia
ſtetiſſe: præcipue illarum, quas pro ſe aduerſarij alle-
gare ſolent, vt Louanienſem: quod ipſum de religioſis
familiiſ, oſtendimus quæſtione ſexto, ex S. Thomæ teſ-
timoniis certamen ſecundo, & ex eius diſcipulis Do-
minicanis cum antiquis, tum recentioribus certamine
tercio, à numero tercio, per totum retulimus, & re-
citauimus, Albeldam, Caſeranum, Ferraram, Dezam, Con-
radum, Vincencium Beluacenſem, S. Antonium, Theophi-
lum, Raynerum, Paludanum, Herazum, Capreolum,
Holcoth, Franciſcum Viſtoriam, Petrum de Soto, Do-
minicum Sotum, Viguerum, Ioannem Vincencium Vi-
carium ordinis General. Hieronymum Mazarelli, alias à
Bononia ſui ordinis Generales Magiſtros, Franciſcum
Romæ, Ioannem de Neapoli ſacri Palatii Magi-
ſtrum, Campanellam, Iulianum Ioubert eius etiam ordi-
nis Vicarium in Gallia Generalem, Antonium Maller,
Colmam

Cosmam Marellum fidei quaestorem, Augustinum Rufum studij Panormitani Regentem, Foresti, & Seraphinum, Rualdum, Magistros Yanguas Mondragon, Tiedram Bartholomaeum Ferreiram, Ioannem de las Cuebas, Mandum, Laurentium Gutierrez, Biedma, Gasparem de Corduba, Araujo, Thomam Elissicem, Bartholomaeum Buccnerum, Bartholomaeum Medinam, Scilicet tres supra quadraginta viros, in sua quaque aetate doctissimos, quibus adde Sixtum Senens. praefat. lib. Biblioth. §. sunt deinde alij, qui, si & numero, & doctrinae meritis cum eiusdem familiae Doctoribus, qui pro eis praefinitionibus steterunt, conferantur, dubium aequo rerum aestimatori non erit quin Dominicana non schola solum thomistica, sed etiam familia pro nobis stare absolute dicenda merito sit. Maxime cum eis Dominicanis, qui praefinitiones praedeterminatas nostrarum actionum liberarum, siue conditionatarum, siue absolutarum absolute admittunt plures neque indoctiores conditionatas, & ineptas parte actus, praefinitiones tanquam ridiculas, & ineptas rejiciant, ut vidimus Controuers. de Scientia d. 6. quast. 1. pluresque alij non ita illas absolute admittant: ut eas ad actiones prauas siue conditionate, siue absolute futuras, tanquam impias, & blasphemias non exhorreant: Vtrumque autem doctrina (quam hodie eius Patroni Dominicanam, & Thomisticam esse volunt, & clamant) mordicus debeat defendere.


De Religiosis reliquis Franciscana, Augustiniana, Trinitaria, Minima nemo notus scriptor, Doctore celebris est, quem pro se allegare aduersarij possint. De Carmelitana absque vlla distinctione, aut limitatione pro se vniuersim referre Hieronymus Viues verius non est d. 19. dist. 2. §. 2. num. 12. cum calceatum à discaleceato Carmelo diuidere deberet, inueniretque: primum, qui insignibus ex multo tempore Doctoribus floruit, omni tempore totum pro nobis (si nunc Cornejo ex notis literatus excitum) steterit discaleceato Carmelo; cum nuper sit, paucos pro se scriptores in hac materia insignes proferre poterit: Scilicet duos Theologos discaleceatos Carmelitanos, vnum authorem cuius Philosophici Complutensis, alterum cuius Theologici Salmantini. Nemo etiam ex Benedictino, ac Bernardino ordine notus scriptor, aut Doctor aduersariis consentit, ut vidimus suo loco. Scruiatas pro nobis esse ostendimus, & ex clericis minoribus totum Generalem Praepositum Auerfam; quin scriptor ex ipsis alius Thomisticis recentibus fauet; alioqui Viues totum eorum ordinem pro se ibidem referens, saltem in exemplum aliquem citaret; & tamen citat nullum. Ex ordine S. Hieronymi totum pro se etiam allegat vno Cabrera productio. Denum ut res ad calculos, ut aiunt, redigatur summam coniungendi sunt sententiae nostrae Patroni. Thomistici fideliter relati centenarium numerum excedunt: ex Thomistica schola, & Dominicana non minus quadraginta quatuor; ex S. Benedicti ordine cum suo Praeceptore Anselmo amplius Doctoribus decem: ex S. Bernardi familia duodecim. E Franciscanis Patribus Scholae Scoticae triginta: Ex Schola etiam Franciscana Nominalium octo: ex qua Schola omnes etiam aliorum ordinum, numerari debent: Aduersariis parentibus, ab Schola hac definitionem fuisse: Ex Augustiniano cetui sexdecim: E Carmelitano Doctores calceati Carmelitani 7. ex Trinitario ordine novem, & octo vno verbo totus: sicuti, & tota Minimorum familia, ex qua Doctores sex notissimos produximus. E Seruitarum Religione duos ex Clericis Minoribus, & Oratorij duos.

4. Iam ex Academia Professoribus, & Magistris numerus nostrae sententiae adfuentium exacte designari nequit: quia è sola Parisiensi propositionum (in quibus ab anno 1226. quo damnatio propositionum facta ab vna est, de qua nunc cum aduersariis contendimus notata q. 3. ceter. 1.) addita post 4. librum sententiarum facta ab Schola illa sunt extiterunt. Siquidem exinde nullus Parisiensis Doctor aduersae doctrinae non contra dixit: ideoque annum circiter 1400. similem propositionem cum aliis VVicleffi rursus eadem Academia damnauit, atque iterum illud decretum Concilij Senonensis, quo aduersariis vexantur, eiusdem Academiae suffragio communi editum est, at rursus similes in hac materia propositiones Michaelis Baij, & tandem Cornelij Iansenij Schola

eadem ita enixe infectata proximis annis est, ut eorum damnationem à Sede Apostolica obtinuerit. Numerus etiam, si potes Doctores, & Professores Parisienses, qui totis 433. annis nostrae sententiae consenserunt. Eius vero Academiae scriptores, praeter regulares, numeramus quinque Illustrissimos Recentiores. Ex Moguntina vniuersitate, qui totius nomine Epistolae ad Sedem Apostolicam pro nostra sententia Missae, atque à nobis ex parte recitatae: q. de Academicis cert. num. 4. subscripserunt. Sunt autem Doctores Stephanus VVeberus, Ioann. Balanus, Christianus Agricola, Franciscus Rapedius, Christophorus VVeberus, Albertus de Pareo, Nicolaus Serarius, Ioann. Mullusinus, Petrus VVindus, Ioann. Domielarius, & Leonardus Buranus, scilicet vndeim numero, ut videtur est apud Paulum Leonar. 1. p. respons. sect. 9. ex Heribopolensis Academiae Epistolae praeter Buchnerum Dominicanum, & Gaspar. Leonbach. Franciscanum, iam numeratos in nostri fauorem, subscripserunt Eucharis Sanguis Georgius Schireckhardus, Erasmus Schabbeim, Magnus Schuid, Nicolaus Gobelus, Henricus Haerius, Hermannus Sundorpius, Petrus Thyrens, Houeufensis, Ioann. Pernotus, Thomas Massenius, scilicet numero etiam vndeim: mittimus Becanum, qui & subscripsit, quia in nostris numeratus tam fuit. Mittimus & Doctores Louuicini Academiae, quia fere omnes in ea citati aliis classibus numerabantur: exceptis Ioanne Strienio Episcopo Middleburgensi, Lauro Torrentio Episcopo Antuerpiensi, Eademque de causa alios Doctores, qui vel Tridentino, vel sanctae Inquisitionis decretis interfuerunt: & forte non omnes in aliis classibus sunt memorati: neque enim in tanta Doctorum summa de paucis eorum, imò nec de pluribus curandum nobis erit nimis. Denique scriptorem, quos in nulla Religiosis Academiae, aut Scholam classe recensimus vique numerum quadragensimum quatuor produximus.

5. Qui omnes recentissimi, eoque amplius Doctores. Numerus quippe externorum Doctorum decem, & octo supra ducentos continet. Domesticorum vero supra centum duos, quibus coniunctis tercentenarius, & vicesimus numerus expletur: non paucis, ut dixi praetermissis. Videat ergo Viues, quam copiosam aciem quinquaginta quinque propriis Doctoribus instructam duodecim quatuor alienis, eisque maiori ex parte suppositis, & falso allegatis (nimirum S. Thom. Alberto Magno, S. Antonino, Capreolo Conrado, Caetano, Hervaeo, Ferrar. Dominico Soto, Bartholomaeo Medina Catherino, Sixto, Senensi, Deza, & Gonzalez, Albelda, S. Vincentio Ferrer.) ut et dictis manifeste conitat. Eius vero Scholae suae nemini sublati enervis sane acies manebit: maxime cum Canis etiam 2. de locis cap. 4. ad 7. Sonzinas 6. mer. q. 15. ad 1. Iauellus tom. 3. q. de praedest. cap. 5. §. Dico. Nihil de praedeterminatio decreto loquantur, sed solum ex praedestinatione, & praesentia ad eius effectum necessarium illationem esse, quod, & nos, & Catholici omnes fatentur: quia verum id omnino est, & si certitudo, & necessitas illationis consequens sit, & tandem effectus positionem supponens. Reliqui ergo ipsi ex Domesticis Doctoribus, & quos magnam partem legere (ne Doctoribus legeres, & quos magnam partem legere) non curamus. Ex eisque notis, ut Ledelina Nauarrete, Nufiez, Cabezudo, Rida, & Vvedu ad consentiam, & quam Deo tribuunt, contingentium conditionatorum cognitionem decreta subiective absolutae, & obiective conditionatae profus inepta, & ridicula appellant, & impugnant: quia nec Scholam Thomisticam hodiernam ad purum sectantur: Martino de Prado, cum argumento euertere ex his praefinitionibus liberari à Patro Gaspare de Ribadeneira in publicis Theatris Quatuor pluri premeretur, coram Academia tota praefinitiones haec à libera effectus positione dependentes esse, atque ab ea dependenter concipi, haberique à Deo è Cathedra nuper fallus est: quare, quid, cum se in scriptis legimus impugnat, scripserit curandum iam non est: cum publice palinodiam recantauerit: expugnandi item ex eo numero sunt Driedo, Ricardus, Tapper, Cusferus, Spletonius, Lorca, Curiel, Bassi, Legionens. ut ex dictis patet. Zumei vero, & Cabrera, decreta conditionata etiam parte actus eodem, ac nuper citati Dominicanis, Thomisticis infectantur, & sique exipiunt: & omnino absolutis praefinitionibus

præfinitiones circa materiale peccati ex eis plerique asseruntur, vt d. 3. referemus, (& iam diximus) in quibus rationes pro vtrorumque actum, & prauorum, & bonorum præfinitionibus communes debitant: seque proinde, dum eas ad bonos solum actus admittunt, omnino inconsequentes, parique habendos ostendunt. Cum ergo aduersarij ad purum numerari, nec numero, nec bonis doctrinæ qualitatibus comparandi, cum externis adhuc, qui nostris partibus fauent, videantur: atque ex domesticis Doctores aduersarij contra se habeant suos Doctores, & plures, & præcipuos, ex nostris autem pro se nullum: nos autem supra centum ex his numerasse, & libris autem primoribus quatuor supra quadraginta, ex externis reliquis circiter ducentos, constat: fit plane primo nostram sententiam esse sola etiam Scholasticorum authoritate (scripturæ & Patrum suffragiis nunc Missis) aduersæ sententiæ longè antecellere: imò intra Scholæ, & familiæ Dominicanæ sepe præstare debere non parum. Cum autem ex non admodum recentibus Theologis nemo, vt vidimus sit, qui aduersæ sententiæ suffragetur, atque omnes hanc nostram docuerint: constat etiam, quanto iudicio, & eruditione Molina noster in sua concordia Antuerpiæ euilla d. 53. & 1. p. q. 14. art. 13. d. 18. m. 2. vtrouque §. Solent authores, dixit: Verumtamen, cum ex vna parte præfinitiones, quales ab ipsi confinguntur, neque in Scripturis Sacris, aut traditionibus, neque Conciliis, aut Sanctis Patribus fundamentum vllum habeant, quin potius arbitrij libertatem manifeste euertant, Scripturis, Ecclesieque definitionibus repugnent, & à paucissimis Scholasticis sint asseræ, imò sub eo nomine ante triginta annos sint inter Catholicos inaudita: ex alia vero parte, si de præscientia, prouidentia prædeterminatione, & reprobatione sine eiusmodi præfinitionibus sincere loquamur, libertas arbitrij cum illis optime coherere non est profecto, cur viri Catholici ad tale confingant assylum.



QVÆSTIO VII.

An per rationem liceant prædeterminatione præfinitiones?

V M tanta fuerit Scripturarum Patrum, Scholasticorum (quantum hactenus vidimus) in principio antecedenter de selex conuexo cum actu libero, ad illumque necessitante voluntatem, reiicendo consensio, atque constantia, fieri profecto nequit, quin eius repulsa rationi ferè de se notissima, aut per se notis proximè iniungatur. Illam ergo in primis hac quæstione expendemus, & præfatis, discussisque subterfugiorum tenebris naturæ sue claritati restituemus: atque aliis eius confectis rationes comites dabimus: Nec non ad hominem aduersarios, & ab huius doctrinæ absurdis nouis impetamus.

CERTAMEN I.

Stata, ac per se nota causa libera definitionis, (qua scilicet positis omnibus requisitis ex parte ipsius ad operandum potest operari, vel non operari,) ab authoritate, & ratione contra aduersarios aliquot statuitur.

P Ræcipuum contra præfinitiones hæcæ à ratione argumentum efficacissimum, & plurimum, quos expendemus, aliorum fontalis, origo (cuius robur militetis equalioribus à controuersia huius inter Domini Christoph. de Orthege, de Deo Vno. Tom. I.

nicanos, & nostros, atque inter Catholicos, & Lutheranos, Calvinianosque integrum me indice perseverat) illud est, quod ab explorata, rationeque, & experimentis euidentissima, atque toties ab Ecclesia definita, arbitrij nostri libertate defumitur. Hoc autem argumentum definitioni, & essentiae potentie, causæque liberæ in titulo certaminis præfixæ, tanquam proximo, certissimoque principio innititur: scilicet causam liberam esse, qua positis omnibus requisitis ad operandum, potest operari, vel non operari, sine operari oppositum: si scilicet non contradictionis solum, sed contrarietatis etiam libertate causa libera sit. Et steterat quidem ea definitio multis retro sæculis (nimirum à Philosophandi, ac Theologizandi initis) inconcussa, & indubitata, utpote luminis rationis discubibus exercendæ coena; quousque prædeterminatarum præfinitionum sententia ex ea definitione euertenda lucem nata est. Exinde enim earum siue ex Hæreticis, siue ex Catholicis, nonnulli assertores, proximè contra illas efformandi discursus metu eam in dubium vocare ceperunt; vt deinceps eam suis liberius negandi aditum facerent: exitu tamen adeo infelici, vt illi ipsi, qui de ea addubitandi exemplum facere, negareque eam tentarunt, ad tantum rationis lumen non potuerint, cæcutire: eamque tandem, utpote lumine naturæ notam receperint. Quo illud omnino effectum est, vt solutionum suarum omnium, quibus eis præfinitionibus positis potentiam absolutam arbitrij ad oppositum, siue contrariè, siue contradictrici actui præfinito, ac subinde absolute liberam defendere conantur, insufficietiam ostenderent: quibus, si ad id probabiliter tuendum fiderent, statam causæ liberæ definitionem (scilicet Philosophicam, & Theologicam dignitatem, & principium) minime deplorati ingui, neque exploratæ amenitæ homines, proterere haudquaquam tentarent.

2. Primus ergo de eius definitionis bonitate legitima contra se illationis præfagus dubitare cepit Magist. Illustriss. Aluarez 12. de auxil. d. 115. num. 1. & 4. responsum cap. 1. asserens neque apud Aristotelem, Magistrum, vel S. Thom. illam reperiri, sed sed apud Nominales quosdam: quasi in ea, adhuc Schola nominis nullius. Eum postea imitati sunt, Ledesma de auxil. artic. 10. conclus. 7. §. Primum fundamentum. Nonnius Cabezudo tom. 1. part. 3. quæst. 62. artic. 5. q. sua 2. §. Addunt præterea. Nec miraret postremum hunc Hispanum Doctorem de notissimo, & euidentissimo dogmate, & principio dubitasse: æstimabam enim neminem, qui Hispano idiomate Cabezudo non esset, de eo vsquam dubitare potuisse. Satis ea prædictorum dubitatione habuit, rancidas, & cariosus ille, & si recens ex Grammatico Calvinianæ Theologiæ, vel potius diaboliciæ Magister Tuissius lib. 2. contra scientiam mediam cap. 3. pag. 265. relatus à nostro Annato 1. defensionis eius scientiæ contra ipsum cap. 6. §. 2. num. 109. vt eam definitionem negaret, negatamque antea assereret à Brauardina, & à Gibieuso Gallo, qui nisi addatur positis omnibus requisitis, ex parte causæ secundæ: illam definitionem non esse admittendam aiunt. Noster vero Annatus melioris, longè quam Tuissius, & eruditionis, & fidei citato loco, vtr. Quia in oratione, nihil tale in Brauardina legi testatur, neque in Gibieuso Gallo, qui solum addit communi definitioni libertatis particulas seruat ordine finis: quas & S. Thom. addit. 1. part. quæst. 62. artic. 8. non quidem definitioni libertatis in communi, sed libertatis perfectæ ex parte materiæ non vitiolæ, sed honestæ, qua Beati, qui finis ordinem seruare tenentur, nec desistere possunt, libere nihilominus aliquo moueri, vel non moueri queunt: quod minus in doctrinæ à Sancto Thoma eo loci tradita Gibieus aduertens, ad formale propriè & perfectæ libertatis in communi aduocauit, libertatem creaturæ ad peccandum, & inhonestos actus, quæ libertatis in communi membrum alterum est, sua definitione non amplectens.

3. Additamentum autem illud communi libertatis definitioni potius est Magistri Aluarez, & suorum, & Tuissii ipsius, quam Brauardinæ: qui licet præfinitionum prædeterminatarum VValdenis ætate Domi-

R r r nicaus

TEGA
A. pari
Vla